CATALOGUS

CODICUM MANUSCRIPTORUM

BIBLIOTHECAE REGIAE ET UNIVERSITATIS REGIMONTANAE

FASCICULUS I

CODICES AD IURISPRUDENTIAM PERTINENTES

DIGESSIT ET DESCRIPSIT

AEMILIUS IULIUS HUGO STEFFENHAGEN

ACCEDIT DESCRIPTIO CODICUM IURIS QUI REGIMONTI IN ARCHIVO REGIO ET IN BIBLIOTHECA URBICA ATQUE WALLENRODTIANA ASSERVANTUR

REGIMONTI

APUD SCHUBERT ET SEIDEL

BIBLIOPOLAS UNIVERSITATIS

MDCCCLXI

CATALOGUS

CODICUM MANUSCRIPTORUM

BIBLIOTHECAE REGIAE ET UNIVERSITATIS

REGIMONTANAE

I

LIBRI IURIS

CATALOGUS

CODICUM MANUSCRIPTORUM

BIBLIOTHECAE REGIAE ET UNIVERSITATIS REGIMONTANAE

FASCICULUS I

CODICES AD IURISPRUDENTIAM PERTINENTES

DIGESSIT ET DESCRIPSIT

AEMILIUS IULIUS HUGO STEFFENHAGEN

ACCEDIT DESCRIPTIO CODICUM IURIS QUI REGIMONTI IN ARCHIVO REGIO ET IN BIBLIOTHECA URBICA ATQUE WALLENRODTIANA ASSERVANTUR

REGIMONTI

APUD SCHUBERT ET SEIDEL

BIBLIOPOLAS UNIVERSITATIS

MDCCCLXI

Cum abhinc biennium BIBLIOTHECAE REGIAE EIUSDEMQUE ACADEMICAE REGIMONTANAE administrandae munus ad me delatum iniissem, codicum quoque manuscriptorum ea copia instructam eam inveni, quae et librorum numero et argumentorum gravitate et auctorum nominibus minime esset despicienda. Quo magis dolebam thesaurum illum, quod idoneo careret catalogo, vix academiae civibus ipsis, nedum viris doctis exteris notum, intactum fere et inutilem et quasi sepultum iacere. Quamobrem cum AEMILIUM STEFFENHAGEN adolescentem iurisprudentiae studiosum, libello quem inscripserat *Beiträge zu v. Savigny's Geschichte des Römischen Rechts im Mittelalter* harum rerum peritum existimatorem se iam praestitisse cognossem, rogavi, ut omnium codicum nostrorum qui ad iuris scientiam pertinerent describendorum operam susciperet. Quod cum ille liberaliter et meae adhortationi et suo scientiae amori tribuisset atque eo usque persecutus esset opus, ut recte iudicari posset, hanc rem et academiae laudem et literis utilitatem esse adlaturam, adii EICHMANNUM, virum Excellentissimum, provinciae nostrae praesidem et universitatis curatorem, ut librum sumptibus academiae typis describi iuberet. Qui, ut est summa liberalitate, et optimarum artium amantissimus, et provinciae academiaeque usibus studiosissime prospiciens, non solum haec roganti libenter annuit, sed permisit etiam, ut ceterorum quoque codicum, qui in reliquis huius urbis

bibliothecis asservantur, subiungeretur descriptio, cum aliam describendi opportunitatem proximis annis oblatum iri vix sperari posset.

Habes igitur, lector humanissime, primum hunc fasciculum catalogi codicum nostrorum tam docte tamque accurate elaboratum ut iure mecum tam faustis huius operis initiis gaudere possis. Sequetur, ubi primum adiutores peritos nacti erimus et per tempora licebit, suo ordine theologicorum, historicorum, ceterorum codicum recensio.

REGIMONTI, die XX Martii MDCCCLXI.

IULIUS ZACHER
BIBLIOTHECAE PRAEPOSITUS
LINGU. ET LIT. THEOTISC. PROFESSOR P. O.

CONSPECTUS.

PRAEFATIO AUCTORIS.

„Ea enim nobis semper animo insedit sententia, eum, qui indicem scribere aggrediatur, posse quidem in multorum reprehensionem incurrere, in approbationem non item: quam a perpaucis vix extorquebit, ubi omne studium et diligentiam eam in rem contulerit."

Audiffredi, cat. bibl. Cas. Tom. I. pag. X.

Quamquam bibliotheca regia Regiomontana libris iuridicis manu scriptis bene multis nec contemnendis instructa est, tamen adhuc tantum de paucis eorum aliquid exteris in notitiam venit, pauciorum usus factus est. Quare, quum catalogi horum codicum conficiendi cura a clarissimo bibliothecae praefecto mihi demandaretur, eam in me tanto libentius suscepi, quo magis videbam, catalogum, quem bibliotheca possidebat, nullo modo sufficere.

Breviter autem exponendum est, quem ordinem et quam rationem in catalogo componendo secutus sim. Quod ad ordinem attinet, codices e potissimo, qui inest, libro disposui, et primum quidem fontes, deinde scriptores eosque chronologico, quem vocant, ordine tractavi, numeros autem, quibus nunc in armariis codices signantur, et notas, quibus olim insigniti fuerunt[a]), ad marginem reieci. Ratio, quam in describendo inire placuit, ad tria

---

a) Sciendum enim est, notas, quas pristino tempore codices, paucis exceptis (Nr. XIV, XV, XXI, XXX, LI), acceperant, recentioribus temporibus mutatas esse, tamen, quia nonnulli codices a Viris Doctis notis priscis signati laudantur, eas non omittendas existimavi et solum in iis voluminibus indicare non potui, quorum notae priscae propter tegumenta renovata perierunt neque aliunde restitui potuerunt (Nr. I...IV, XXVII, LXXX, XCII).

potissimum spectat. Primum enim externam cuiusque codicis conditionem indicavi i. e. materiam, aetatem, Foliorum numerum et formam Rhenana mensura definitam; deinde internam indolem ita descripsi, ut, Foliis, quibus singula opera seu opuscula continentur, indicatis, nomina auctorum (si modo auctores reperiri poterant, quam in rem quantum temporis quantumque operae impenderim, vix dici potest) et titulos, quales optime convenire videbantur, proponerem et, quaecunque singulis scriptis ad integritatem desunt, diligenter annotarem, inscriptiones vero, subscriptiones, prima atque ultima verba, nisi ea notare attinebat, (ne taedio legentes afficerentur) praetermitterem; denique libros protuli, in quibus codicum, de quibus agitur, usus factus est vel quaedam de iis dicta sunt [b]), et inde evenit, ut libellum meum „Beiträge zu v. Savigny's Gesch. des Röm. R. im Mittelalter" tam saepe citarem, id quod mihi non tributum iri spero ostentationi. — Praeterea, quae in codicibus de eorum possessoribus inveni, cum lectoribus communicavi. Ex his apparet, in Prussia iam seculo XIV et XV varios iuris civilis et canonici libros in usu fuisse. Ante ceteros nominandi sunt libri, quos Bartholomeus de Radam, sextus Episcopus Sambiensis, qui viginti per annos (1358 ... 1378) bene rexit suam ecclesiam [c]), undique conquisivit et Capitulo suo dono dedit, et qui insigniuntur his verbis:

> *„Istum librum comparavit frater Bartholomeus de Radam, Episcopus Sambiensis, et dedit eum Capitulo suo"*

vel similibus iis inscriptis (Nr. IV, V, XIX, XXXV, LXXXI, LXXXVIII, XCII, CV). Tres codices (Nr. X, LXXIV, LXXXVI) olim fuerunt Ioannis Hamel de Gdanczk, qui unum (Nr. X) in Studio Pragensi emit, alterum (Nr. LXXIV) a. 1415 a Ioanne Hamersdorf Memelensi dono accepit, tertium (Nr. LXXXVI) a. 1416 domi suae conscribendum curavit [d]). Codicem LXIV a. 1427 Beldersheim, Commendator Dantiscanus, Paulo de Russdorf, Magistro generali Ordinis Theutonici, donavit. Codicem LXXXVII a. 1449 Ioannes de Ast, plebanus Thorunensis, a Matthia, praedicatore Polono, emit.

---

b) Hos libros praeposito signo: — citavi, ut eos distinguerem ab aliis, ad quos historiae literariae cultores hinc inde ablegavi.

c) Gebser, Geschichte der Domkirche zu Königsberg und des Bisthums Samland. Regiom. 1835. 8°. pag. 139 ... 155.

d) Alii etiam libri in Prussia scripti sunt: Nr. XX, 3; XXV, 3 (et XVIII, 2); LXXXVII; CLI, 3.

Codices XI, XIII, XIV, LXIII, LXXVI, LXXXII, CVII, CXIX, CXXVI, CXXVII olim possederunt Ioannes Lessin de Prussia, Thomas Werner de Braunsberg, Monasterium Pelplin, Tilo, septimus Episcopus Sambiensis (1379...1386)[e]), Ordo Theutonicus in Prussia, ecclesia Sambiensis, Ambrosius Kleinhaupt de Bischofswerder, Thomas Bowtaw de Bartenstein, Nicolaus Wulsak Dantiscanus, Hermannus de Heiligenbeil. Maxime vero memorabilis est codex Matthiae Schüneman de Gdanczk (Nr. CIX), quum lecturam Institutionum ab illo in Studio Bononiensi seculo XV conscriptam contineat, quod perinde, ac ridicula illa narratiuncula Simonis Grunau (Chronic. Pruss. Tract. 18. cap. 2. §. 1)[f]) de hortulani cuiuspiam Prussici filio, qui Bononiae iuri operam dederat et doctor creatus erat, apertissime declarat, etiam ex Prussia iuvenes ad Glossatorum scholas concurrisse. Eorum autem librorum, quibus Ioannes I, Episcopus Sambiensis, a. 1327[g]) et Nicolaus, Episcopus Pomezaniensis, a. 1374[h]) Capitula sua exornarunt, sintne quidam inter codices nostros, in medio relinquitur.

Ad Appendicem, quod attinet, Viris Doctis haud ingratum fore putavi, si praeter codices bibliothecae regiae eorum, qui in Archivo regio et in bibliothecis tum senatoria tum Wallenrodtiana asservantur, optimos quosque et utilissimos describerem[i]), praesertim quum in his invenissem nonnullos, de quibus ne fama quidem ad exteros erat perlata.

---

e) Gebser l. c. pag. 156...160.

f) Cf. Casp. Hennenberger, Erclerung der Preüssischen grössern Landtaffel oder Mappen. Regiom. 1595. fol. pag. 478; Io. Leo, historia Prussiae. Brunsberg. 1725. fol. Lib. VII. pag. 319; Pisanski, Entwurf der Preuss. Litterärgesch. [Tom. I] Regiom. 1791. 8°. pag. 69. not. f.

g) Voigt, Gesch. Preuss. Tom. III. pag. 561. not. 3; Gebser l. c. pag. 84 i. f. et not. * (pag. 85 i. f., pag. 87, 88); Jacobson, Gesch. der Quell. des Kirchenr. des Preuss. Staats. Pars I. Vol. I. pag. 14.

h) Voigt, Gesch. Preuss. Tom. V. pag. 271 i. f. et not. 4 (pag. 271, 272); Jacobson l. c. pag. 14.

i) Codex, de quo Hartknoch in diss. de iure Prussor. (post Petri de Dusburg Chronicon) §. X i. f. pag. 348 (cf. Alt- und Neues Preuss. Tom. II. cap. VII. §. X i. f. pag. 570. col. 2) haec nobis prodidit:

> „Circa An. 1435. dedit Provinciae Warmiensi certas leges Fr. Eberhardus à Wesentauer Advocatus Warmiensis Episcopatus cum consensu Episcopi, quae Leges, cum libris tribus Distinctionum, aliisque Rescriptis Scabinorum Magdeburgensium, ut & jure Culmensi antiquo, habentur in codice chartaceo Cancellariae in Prussia Ducali"

nunc, proh dolor! deperditus est aut certe alto pulvere sepultus latet neque, ut Homeyer (die deutsch. Rechtsbüch. des Mittelalt. und ihre Handschr. Berol. 1856. 8°. Nr. 361) opinatus est, in Archivo regio exstat.

In fine, ne quid ad commodum utentium deesset, adieci Concordiam numerorum et Indicem bibliographicum.

Sed haec quidem de libro meo hactenus. Finem denique praefationi imponere non possum, quin debitas, quas habeo, gratias agam duumviris Iulio Zacher et Friderico Adolpho Meckelburg, qui viri mea quidem laude maiores promptissimo semper mihi adfuerunt auxilio et varia, qua excellunt, doctrina opus promoverunt et adiuverunt.

Scribebam Regiomontii M. Martio A. MDCCCLXI.

AEMILIUS STEFFENHAGEN.

CODICES

BIBLIOTHECAE REGIAE REGIOMONTANAE

AD IUS PERTINENTES.

FONTES.

A) FONTES IURIS ROMANI.

I.

Codex membranaceus, seculi XIII, Foliorum 262, 15⅜" altus et 10" latus. 9./?

Fol. 3ª ... 260ª: **Digestum vetus**, cum glossa Accursiana. Accedunt glossae a diversis manibus recentioribus margini passim aspersae, quibus praeter aliorum nomina saepius subscripta sunt nomina Iacobi, Pontii, Odofredi, Dini, Ioannis Andreae, Bartoli. — Cf. Schraderi editionem Titulor. Dig. de condict. ob turp. caus. et de test. Tubing. 1819. praef. pag. IX. pag. XVII ... XLVIII; Dirksen, civil. Abhandlgn. Tom. I. Nr. 5.

II.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis, Foliorum 241, 15¾" altus et 9½" latus. 12./?

Fol. 1ᵇ ... 239ᵇ: **Infortiatum**, cum glossa Accursiana. — Cf. Dirksen l. c.

III.

Codex membranaceus, seculi XIII, Foliorum 209, 15" altus et 9¼" latus. 10./?

Fol. 1ª ... 209ª: **Digestum novum**, cum glossa Accursiana. Praeterea in margine saepius leguntur glossae Dini. Bene etiam notandum est, hunc codicem maxima sui parte plenas habere capitum inscriptiones. — Cf. Dirksen l. c.

IV.

Codex membranaceus, seculi XIII, Foliorum 240, 16" altus et 9½" latus. (Olim Capituli Sambiensis.) 13./?

Fol. 5ª ... 238ª: **Codicis Libri I ... IX**, cum glossa Accursiana. Ordo Foliorum a compactore turbatus; locanda erant Folia hac serie: 94, 221 ... 230, 95 ... 220, 231 sqq. In fine Tit. de iure lib. (8, 59) reperitur nota illa constitutio, quam Odofredus (vd. Savigny Tom. IV. §. 109) Gosiano vel Galgosio

tribuit, rectius vero Haenel in Greg. Cod. edit. Tit. de nupt. (5, 1) not. sup. col. 29, 30 ex Gregoriano Codice receptam esse censet (cf. Biener, Beitr. zur Revis. des Iust. Cod. pag. 229; Savigny l. c. pag. 372; Merkel apud Sav. Tom. IV. pag. 577). — Cf. Dirksen, civil. Abhandlgn. Tom. II. Nr. 3 et Aem. Herrmanni edit. Cod.

V.

14. / Ana. 9.

Codex membranaceus, seculi XIII, Foliorum 253, 15⅔" altus et 9½" latus. (Olim Capituli Sambiensis.)

Fol. 6ª ... 252ᵇ: **Volumen parvum**, cum glossa Accursiana [1]).

a) Fol. 6ª ... 57ª: **Institutiones.** — Cf. Dirksen in Zeitschrift für geschichtl. Rechtsw. Tom. I. Nr. 16; Schrader in Prodromo corpor. iur. civ. et in edit. Inst.

b) Fol. 57ᵇ ... 58ª: **Ioannis Bassiani** arbor actionum, cum glossis marginalibus. Hoc opusculum novissime Brinz in lucem edidit (Arbor actionum iterum edita, illustrata ab Aloysio Brinz. Erlang. 1854. 8°), sed codicis nostri notitiam non habuit; quare eum accuratius describamus. Ut omnes, quos hodie superesse scimus, arboris actionum codices (vd. Brinz pag. 12), ita noster non arboris effigiem, sed binas tabulas in cellulas quadratas et in circulos digestas offert. Quarum tabularum altera et ea quidem priori loco posita praetorias actiones, altera civiles continet. Literae autem et puncta, quibus Ioannes singulas actiones notavit, ab inscio librario omissa sunt. Neque adest actionum domina, quam Ioannes, teste Pontio [2]), designavit, quamque Brinz una cum arbore (vel potius tabulis) actionum e codice Erlangensi delineandam curavit. Glossarum vero marginalium cum Brinzio (pag. 5 sqq.) distinguo duo genera, et prioris quidem generis duas species: alteram, quae incipit: „[Q]*Ueritur primo, quare pretorias posuit ex nobiliori parte*", alteram, quae incipit: „*beneficio* [leg. bene facio] *hic duo puncta*" et exit: „*Nescio, cuius respectu dicatur simplum, et ideo non pucto* [leg. puncto], *licet posset punctari in simplum.*" Alterum glossarum genus subiicitur tabulae civilium actionum et in tria capita scinditur. Primum caput hoc est: „*Quociensqunque de natura alicuius act'. queris, primo diuisiones, secundo figuras, tercio puncta considerabis. Omnis figura in circulo posita totam designat diuisionem, quota ipsa in circulo uel in alphabeto reperitura. Omne punctum in figura positum totum designat diuisionis membrum, quotum in illa reperitur, per* [add. quam] *diuisio designatur. Diuisiones, que sunt in arbore, et prosecutus est Jo, extenduntur vsque ad xij puncta, vsque ad iiij*" (cf. Brinz pag. 8 c. not. 4 et tab.). Secundum caput orditur ab his verbis: „*Actionum omnium alie sunt pretorie, alie ciuiles*" et est de actionum divisionibus, sed praeter duodecim divisiones a Ioanne positas (cf. Brinz pag. 8 c. not. 5 et tab.) habet quatuor alias. Tertium denique caput incipit: „*Ad euidentiam omnium punctorum*" (cf. Brinz pag. 8 c. not. 6) et coniungitur cum duabus glossis „*Jn istis* [leg. multis?] *tamen figuris*" et „*Hoc notandum est*" a Brinzio in extrema tabula e libro Baptistae de Sancto Blasio repetitis; sitne autem, quod Brinz (pag. 9) existimat, Ioanni ascribendum, valde dubito, quia cum posteriore glossa „*Hoc notandum est*", quae Ioannem tamquam extraneum appellat, eiusdem auctoris est, quod ex his verbis elucet: „*et de hoc dic, vt in notula infra scripta, quam feci, que incipit: hoc notandum est.*" Haec hactenus.

c) Fol. 59ª ... 128ª: **Tres Libri.** — Cf. Dirksen, civ. Abh. Tom. II. Nr. 3 et Aem. Herrmanni edit. Cod.

---

1) Quod Heimbach, Authent. Pars I. Proleg. pag. LXXIX i. f. notat, codicem Wallenrodtianum in regiam bibliothecam delatum esse, non verum est.

2) Comm. ad arborem Ioannis (Brinz pag. 11): „Est autem sciendum, quod [Ioannes] in quadam ampla cartula formam pulcherrimae dominae designavit, quamque nominavit dominam actionum."

Folia 61 . . . 64 a quodam possessore codicis inserta continent fragmentum e libro, quem **Andreas Bonellus** sive **de Barulo**, teste Diplovataccio (vd. Savigny Tom. V. §. 131. not. g), de Tribus Libris scripsit, petitum. Incipit hoc fragmentum ad c. 1. Cod. de iure fisci: „*SJ prius* [Diplovat. „Lex prius"]. *Lex ista tribus modis potest intelligi*" et finitur in Tit. de his, qui se def. (10, 13). Reliqua usque ad finem, perpaucis tantum praetermissis, in margine Fol. 67ᵃ . . . 128ᵃ invenis, subiecta hac subscriptione: „*Explicit lectura trium lib'* [*rum* (punctis suppositis deletum)] *codicis domini andree etc. que sequntur.*"

Huic lecturae in Fol. 91ᵃ inserta est **Odofredi** quaestio, quae incipit: „*Ante quam perueniamus ad alia . . . scire quedam utilissimum est, vt puta, cum sepius de facto eueniat, uidendum occurrit, ut ecce: Committit aliquis, peccatis suis exigentibus, et suasione hostili capitale crimen*", et cui subscriptum est: „*OdofR.*"

In Fol. 128ᵃ exstat auctoris incerti in c. 2. Cod. de delat. (10, 11) **Quaestio**, quae incipit: „*questio ista fuit de facto brixie, que est talis:* [*cum* (punctis suppositis deletum)] *cum comune brixie indigeret lignis ad faciendum quoddam opus ad tuicionem ciuitatis.*"

d) Fol. 129ᵃ . . . 252ᵇ: **Authenticum.**

VI.

Codex membranaceus, e diversis codicibus conflatus, Foliorum 138, 12" altus et 8½" latus. 80. / Bbb. 10. II.

1) Fol. 1ᵃ . . . 36ᵇ, sec. XIII: **Institutiones**, cum glossulis interlinearibus et sine glossa Accursiana. — Cf. Dirksen in Zeitschr. für gesch. Rechtsw. Tom. I. Nr. 16, qui priorem codicis partem (Folia 1 . . . 26) ad seculum XII refert (pag. 355), et decem ultima Folia 27 . . . 36 a recentiori manu suppleta esse putat (pag. 352); Schrader in Prodr. corpor. iur. civ. et in edit. Inst.

2) Fol. 37ᵃ . . . 126ᵇ, sec. XIII: **Vacarius**, liber ex universo enucleato iure exceptus, cum glossis marginalibus. — Cf. Dirksen, civ. Abh. Tom. I. Nr. 5. Tom. II. Nr. 3, qui librum seculo XIV ineunte scriptum esse vult (Tom. I. pag. 319); Aem. Herrmanni edit. Cod. Praeterea cf. Wenck, magister Vacar. Lips. 1820. pag. 315 sqq. et imprimis pag. 325 . . . 335, ubi iudicium, quod Dirksen l. c. Tom. I. pag. 322. pag. 470 e codice nostro de textu Pandectarum Vacariano fecit, refutatur. Wenck, opusc. acad. pag. 461 . . . 464.

3) Fol. 127ᵃ . . . 138ᵇ, sec. XIV: Auctoris incerti **Quaestiones** (ad ius non spectantes). A manu recentiori inscriptum est: „*quedam questiones bone.*" Initium: „[P]*Rimo queritur, vtrum deus possit angelum in corpus aliquod transsubstantiare.*" Opusculum finit mutilum: „*quia existens sub vna.*"

VII.

Codex membranaceus, seculi XIII, Foliorum 64, 13¼" altus et 9" latus. 20. / Aaa. 16.

Fol. 1ᵃ . . . 64ᵇ: **Institutiones**, cum glossa Accursiana. — Cf. Dirksen in Zeitschr. für gesch. Rechtsw. Tom. I. Nr. 16, qui hunc codicem ad seculum XIV refert (pag. 355); Schrader in Prodr. corpor. iur. civ. et in edit. Inst.

VIII.

Codex chartaceus, seculi XV exeuntis, Foliorum 61, 12" altus et 8" latus. 81. / Bbb. 10. I.

1) Fol. 1ᵃ . . . 4ᵇ: **Registrum** (ad ius non spectans), quod ex alio paulo minoris formae codice in nostrum irrepsit. Incipit: „*Membra anime que sunt et quomodo renouentur.*" In fine: „*Principium huius Registri Require in principio huius lib'.*"

2) Fol. 5ᵃ . . . 52ᵇ: **Institutiones**, cum glossa Accursiana. — Cf. Dirksen l. c. et Schrader l. c.

3) Fol. 53ᵃ: **Arbor consanguinitatis**, Latine, cum glossis marginalibus. Harum vero primae sunt quinque regulae ex Ioannis Andreae de arbore consanguinitatis summa excerptae, quae, omissa quinta

habentur etiam cum inscriptione: „Regule Arboris Consanguinitatis“ in principio libri (Fol. [2ᵇ]) sic inscripti: „Lectura Arboris vtriusque iuris consanguinitatis. affinitatis. cognationis spiritualis et legalis...“ et Lips. 1505 per Wolffgangum Monacensem impressi.

4) Fol. 53ᵇ ... 55ᵃ: **Ioannes Andreae**, summa de arbore consanguinitatis, cum glossis marginalibus.

5) Fol. 55ᵇ: **Arbor consanguinitatis**, Germanice. Cf. librum supra citatum Fol. [4ᵃ].

6) Fol. 56ᵃ: Auctoris incerti **Tractatus de arbore consanguinitatis** secundum Ioannem Andreae, Germanice, cum glossis marginalibus. Harum maior pars exstat cum inscriptione: „Regule Arboris Consanguinitatis secundum vulgare nationis Bauarorum“ in libro supra citato Fol. [3ᵇ] et similiter Fol. [4ᵇ].

7) Fol. 56ᵇ ... 57ᵃ: Auctoris incerti **Tractatus de cognatione legali.** Opusculum saepissime impressum, vd. Hain Vol. I. Pars I. Nr. 1021 sqq. et librum supra cit.

8) Fol. 57ᵇ: **Arbor affinitatis**, cum Germanice scripta glossa marginali. Inest haec glossa etiam in libro supra cit. Fol. [23ᵃ].

9) Fol. 58ᵃ ... 59ᵇ: **Ioannes Andreae**, summa de arbore affinitatis, cum glossis marginalibus. In his conspiciuntur glossae ex Ioannis Andreae summa de arbore aff. excerptae, quas continet liber iam saepius citatus Fol. [21ᵇ] i. f. cum inscriptione: „Regula Arboris Affinitatis.“

10) Fol. 59ᵇ ... 61ᵇ: „*Jsta sequentia sunt extracta ex casibus longis super sexto decretalium.*“

B) FONTES IURIS CANONICI.

IX.

176. / Fff. 8.

Codex membranaceus, seculi XIII, Foliorum 275, 12¾" altus et 8⁷/₈" latus.

1) Fol. 1ᵃ ... 1ᵇ: **Ioannes de Deo**, breviarium Decretorum. — Cf. Steffenhagen, Beitr. § 15. Nr. 2.

2) Fol. 2ᵃ ... 275ᵇ: **Decretum Gratiani**, cum glossa Ioannis Teutonici a Bartholomeo Brixiensi reformata. Incipit initio mutilum in Rubrica cap. 3. Dist. 4: „[insti]*tuuntur, non cum institute fuerint*“ et abrumpitur in cap. ult. Dist. 5 de consecr.: „*eiusdemque nature esse patrem et filium, et in patre et in filio est conexus et communio.*“ Praeterea desunt decem Folia: singula inter Fol. 48 et 49, 63 et 64, 101 et 102, 132 et 133, 162 et 163, 199 et 200, 204 et 205, 250 et 251, duo inter Fol. 192 et 193.

X.

173. II. / Fff. 5. III.

Codex membranaceus, seculi XIII, Foliorum 63, 16½" altus et 10¾" latus. („*liber dominj johannis hamel, plebani in ffredelant, Gneznensis dyocesis, de Gdanczk, quem in studio pragensi* 4or *Sexag. gr.* [quatuor Sexagenis grossorum] *comparauit.*“)

Fol. 1ᵃ ... 63ᵇ: **Decretales Gregorii IX**, cum glossa Bernardi Parmensis. Incipit codex capite truncatus in cap. 6. pr. de celebrat. miss. (3, 41) ab his verbis: „*primum est sacramentum et non res.*“

XI.

6. / Ass. 6. II.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis, Foliorum 247, 15¾" altus et 11" latus. (Olim Ioannis Lessin de Pruszya.)

1) Fol. 1ᵇ ... 238ᵇ: **Decretales Gregorii IX**, cum glossa Bernardi Parmensis. Complura Folia desiderantur inter Fol. 85 et 86, 184 et 185. Fol. 186 poni debebat ante Fol. 185.

2) Fol. 239ᵃ . . . 246ᵇ: **Nicolai III Constitutio** „*Cupientes*“ [cap. 16. de elect. in 6to (1, 6)], cum apparatu Garsiae. Vd. de hoc apparatu Theineri disquis. crit. in praecip. Can. et Decretal. collectiones. Romae 1836. 4°. pag. 76, 77.

XII.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis, Foliorum 265, 15¼" altus et 9½" latus.

172. / Fff. 5. I.

1) Fol. 2ᵇ . . . 253ᵃ: **Decretales Gregorii IX,** cum glossa Bernardi Parmensis.

Intercedit in Fol. 189ᵇ . . . 190ᵃ **Ioannis de Deo** summa de arbore consanguinitatis et summa de arbore affinitatis, cum arboribus (vel, ut rectius dicam, tabulis) nitide pictis.

2) Fol. 253ᵃ . . . 265ᵇ: **Decretales Innocentii IV,** cum glossa Bernardi Compostellani iun. [3]) Ordo Decretalium in hoc codice alius est, quam in editionibus, quas Boehmer (Corp. iur. can. Tom. II. App. Nr. III) et Mansi (Sacrorum concil. nova et amplissima collect. Ed. noviss. Tom. XXIII. Venet. 1779. fol. col. 651 sqq.) curaverunt. De hac Innocentii IV compilatione vd. Theineri disquis. crit. pag. 65 sqq.; Phillips, Kirchenr. Tom. VI. pag. 346 sqq. pag. 520. pag. 521, 522.

XIII.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis, Foliorum 253, 16⅛" altus et 10⅛" latus.
(Olim Magistri Thomae Werneri de Braunsbergk.)

173. I. / Fff. 5. II.

1) Fol. 3ᵇ . . . 230ᵇ: **Decretales Gregorii IX,** cum glossa Bernardi Parmensis. Inter Fol. 136 et 137 permulta Folia exciderunt; etenim Fol. 136ᵇ librum secundum Decretalium absolvit, Fol. 137ᵃ orditur ab his cap. 3. de statu monach. (3, 35) verbis: „*de aliis institutionibus ad uestrum ordinem.*“ — Intercedunt haec:

Fol. 177ᵃ . . . 177ᵇ: **Ioannis de Deo** summa de arbore consanguinitatis et summa de arbore affinitatis,

Fol. 177ᵇ . . . 178ᵃ atque in margine inferiori Fol. 178ᵇ et 179ᵃ: **Raimundi** summa de arbore consanguinitatis et summa de arbore affinitatis. Cf. infra Nr. XVI, 2, 3.

2) Fol. 231ᵃ . . . 250ᵃ: **Decretales Gregorii X,** cum apparatu Garsiae. Nonnulla desunt; namque Fol. 235ᵇ desinit in cap. 12: „*aliis piis locis de no*[vo]“, Fol. 246ᵃ incipit in cap. 19: „*patrocinum* [leg. patrocinium] *uel assument, omni uirtute sua*“ (cf. Sacror. concil. nov. et ampliss. collect. Ed. noviss. Tom. XXIV. Venet. 1780. col. 90 et col. 93 i. f.); decem autem Folia, quae interiecta sunt, (236 . . . 245) continent

Decretales Innocentii IV, cum glossa Bernardi Compostellani iun., a verbis: „[elec]*tio, uoce illorum, qui non pure*“ usque ad verba: „*cum dictus balliuus post latas ab eodem*“ (cf. Boehmeri Corp. iur. can. Tom. II. App. col. 352. cap. 5 et col. 368. cap. 41).

3) Fol. 250ᵇ . . . 253ᵇ, a manu recentiori script.: **Garsias,** apparatus in Nicolai III Const. „*Cupientes.*“

Hunc excipit **Urbani IV Constitutio** „*Significauerunt.*“ Phillips, Kirchenr. Tom. IV. pag. 522 i. f.

XIV.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis, Foliorum 317, quibus accedunt duo Folia exsecta, 16⅞" altus et 10½" latus.
(Olim Monasterii Pelplin, recentiori tempore ex Archivo regio advectus.)

1760.

1) Fol. 1ᵃ . . . 301ᵇ: **Decretales Gregorii IX,** cum glossa Bernardi Parmensis [4]). Habet hic codex, quod iam Jacobson in Krit. Jahrbüch. für deutsche Rechtsw. 1837. Tom. I. pag. 250 et Gesch. der Quell. des

3) Theineri disquis. crit. pag. 73.

4) Non Garsiae, ut Jacobson (Gesch. der Quell. des Kirchenr. des Preuss. Staats. Pars I. Vol. I. pag. 14. not. 11) scripsit.

Kirchenr. des Preuss. Staats. Pars I. Vol. I. Regiom. 1837. pag. 14. not. 11 annotavit, **Decretales Innocentii IV** sub competentibus Titulis Gregorianae compilationis insertas [5]) et glossa Bernardi Compostellani iun. instructas.

2) Fol. 302ᵃ ... 312ᵃ: **Decretales Gregorii X,** cum apparatu Garsiae.

3) Fol. 312ᵃ ... 313ᵇ: **Nicolai III Constitutio** *„Cupientes“*, cum apparatu Garsiae. Deficit in verbis: *„eo casu, quo ad personalem.“*

4) Fol. 314ᵃ ... 315ᵇ: **Statuta concilii Bituricensis** (a. 1276). Incipiunt initio mutila: „[atten]*tare, et utroque casu citatio talis non teneat*“ (cf. Sacror. concil. nov. et ampliss. coll. Ed. noviss. Tom. XXIV. Venet. 1780. col. 170). Vd. Phillips, Kirchenr. Tom. IV. pag. 525. VII.

5) Fol. 315ᵇ: **Innocentii IV Constitutio** *„grauis et dolore non vacua.“* Phillips l. c. pag. 364.

6) Fol. 316ᵃ ... 317ᵃ: **Decretales Clementis IV.**

a) *„sepe accidisse“*, cum Rubr. *„De tpr'. ord'. et qual'. ord'.“* [cap. 1. eod. in 6to (1, 9)].

b) *„Licet ecclesiarum“* cum Rubr. *„De concess'. preben. et ec. non va.“* [cap. 2. de praeb. in 6to (3, 4)].

c) *„Svscepti regiminis“*, cum Rubr. *„De prebendis et dignitatibus“* [cap. 1. eod. in 6to (3, 4) [6])].

d) *„Exigit officii“*, cum Rubr. *„De priuilegijs et excessibus priuilegiatorum“* [cap. 6. eod. in 6to (5, 7)].

e) *„SEdes apostolica interdum“* [cap. 5. cit. in 6to].

f) *„SEdis apostolice circumspecta“*, cum Rubr. *„De penitentijs et remissionibus.“*

Phillips l. c. pag. 523. IV.

7) Duo Folia execta, quae accedunt, occupant **Decretales Alexandri IV.** In primo quidem Folio est cap. *„Cum personae“* a verbis: „[pri]*oratibus huius peccuniam*“ usque ad verba: *„noualium decimas eorundem, nisi* [*a* (puncto supposito deletum)]“, in altero hoc cap. absolvitur: *„alia rationabilis cum* [leg. causa], *per quam hoc facere valeant, subsit*“ [cap. 2. de decim. in 6to (3, 13) [7])], et sequuntur cap. *„AD audientiam nostram“* cum Rubr. *„De statu monacorum et canonicorum regularium“*, cap. *„Qvia nonnulli habentes temporale dominium“* cum Rubr. *„De censibus, exaccionib. et procur.“* [cap. 1. de immun. eccles. in 6to (3, 23)] et cap. *„NE legati“* usque ad verba: *„Quando autem absentes procuratores aut nuntij premissa petierint.“* Phillips l. c. pag. 352. pag. 366 ... 368. pag. 520. pag. 522.

XV.

1770. Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 133, 11⁷/₈" altus et 8⁷/₈" latus.

1) Fol. 1ᵃ ... 89ᵇ: **Decretales Gregorii IX** usque ad verba cap. 19. de test. (2, 20): *„uel in aliis literis, quas uobis“*, cum glossa Bernardi Parmensis, quae abrumpitur in Fol. 29ᵇ.

2) Fol. 90ᵃ ... 131ᵇ: **Liber Sextus Decretalium Bonifacii VIII,** sine glossa.

3) Fol. 132ᵃ ... 133ᵃ: **Aegidius,** repetitio ad cap. 42. X. de elect. (1, 6). Incipit: *„Ad euidenciam huius decretalis* Quia propterea [leg. propter] *de electione notabis.“* Blume in Rhein. Mus. für Jurispr. Tom. IV. pag. 334. Nr. 87. pag. 335. Nr. 70.

---

5) Idem de codice Vratislaviensi narrat Theiner in disquisitionibus supra citatis pag. 65. pag. 69, 70.

6) Phillips l. c. §. 189. not. 30. pag. 365.

7) Phillips l. c. pag. 367 et not. 45.

XVI.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 266, 9¹/₄" altus et 6⁷/₈" latus.

182.
Fff. 14.

1) Fol. 9ᵃ ... 255ᵃ: **Decretales Gregorii IX,** cum glossis Fol. 118ᵃ ... 175ᵃ, 196ᵇ ... 208ᵃ, 214ᵃ ... 219ᵃ, 221ᵇ ... 242ᵇ, 248ᵇ ... 253ᵇ aspersis, quibus haec sigla subscripta sunt:

„*R.*“ [Rufinus? [8])]
„*ala.*“, „*ala?*“ [Alanus]
„*lau.*“, „*lav.*“, „*Lau.*“, „*Lav.*“, „*laur.*“ [Laurentius Hispanus]
„*vin.*“, „*vinc.*“ [Vincentius Hispanus]
„*t.*“ [Tancredus]
„*Jo.*“ [Ioannes Teutonicus]
„*Ja.*“, „*Jac*“ [Iacobus de Albenga [9])]
„*Gof.*“ [Goffredus Tranensis]
„*G.*“

Unum Folium periit inter Fol 195 et 196.

2) Fol. 257ᵃ ... 258ᵃ: **Raimundus,** summa de arbore consanguinitatis. Inscriptio: „*Jncipit expositio arboris consanguinitatis secundum ffratrem Reymundum.*“ Initium: „*Quia tractare intendimus de consanguinitate et eius gradibus et de arboris consanguinitatis expositione.*“

3) Fol. 258ᵇ: **Raimundus,** summa de arbore affinitatis. Inscriptio: „*Jncipit expositio arboris affinitatis secundum fratrem Reimundum.*“ Initium: „*Affinitas est proximitas personarum.*“

XVII.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 107, 8¹/₂" altus et 5³/₄" latus.

185.
Fff. 17.

Fol. 1ᵃ ... 107ᵇ: **Decretales Gregorii IX,** cum glossa Bernardi Parmensis contextui inserta. Incipit codex capite truncatus in glossa ad cap. 6. qui cler. vel vovent. (4, 6) his verbis: „*fit mentio de uoto simplici et sollempni.*“

XVIII.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis et seculi XIV exeuntis, Foliorum 88, 15" altus et 9⁷/₈" latus.

175.
Fff. 7.

1) Fol. 2ᵃ .. 73ᵃ, sec. XIII exeunt.: **Liber Sextus Decretalium Bonifacii VIII,** sine glossa.

2) Fol. 74ᵃ ... 88ᵇ, sec. XIV exeunt.: Auctoris anonymi **Apostillae super Lib. I et II Libri Sexti Decretalium.** Inscriptio: „*Incipiunt appostille super sextum; prohemium.*“ Auctorem esse coniicio Paulum de Liazariis, qui etiam in Clementinas apostillas fecit (vd. Nr. XXV, 3).

XIX.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 48, 14¹/₂" altus et 9¹/₈" latus. (Olim Capituli Sambiensis.)

19.
Aaa. 15.

1) Fol. 1ᵃ ... 24ᵇ: Auctoris incerti **Inventarium Decretalium Gregorii IX.** Incipit: „*Quod abbas sine licentia superioris non potest dimittere abbatiam.*“

---

8) Sarti Tom. I. Pars I. pag. 288. II, III.
9) Sarti pag. 330 et not. a.

2) Fol. 24ᵇ... 25ᵃ: **Aegidius,** repetitio ad cap. 42. X. de elect. (1, 6). Cf. supra Nr. XV, 3.

3) Fol. 26ᵃ... 48ᵃ: **Liber Sextus Decretalium Bonifacii VIII,** sine glossa.

4) Fol. 48ᵃ... 48ᵇ: **Aegidius,** repetitio ad cap. 42. X. de elect. (1, 6). Cf. supra Nr. XV, 3.

XX.

25.
Ana. 21.

Codex membranaceus, seculi XIV et seculi XV, Foliorum 68, 13¼" et 13½" altus, 8¼" et 9⅜" latus.

1) Fol. 1ᵃ... 32ᵃ, sec. XIV: **Liber Sextus Decretalium Bonifacii VIII,** cum glossis interlinearibus et marginalibus. Decretales Gregorii X omissae sunt, et Decretalium Innocentii IV tantum quinque adsunt: cap. 4. de appell. (2, 15), cap. 1. de regular. (3, 14), cap. 1. de cens. (3, 20), cap. 2. de privil. (5, 7), cap. 7. de sent. excomm. (5, 11); omnes autem, quae desiderantur, inferius a manu seculi XV suppletae sunt (vd. Nr. 3).

2) Fol. 32ᵇ, sec. XV: „*Johannes Episcopus etc. Presuposito tenore literarum apostolicarum, nunc queritur, an ordinatio papalis et potestas data Jacobo Episcopo Osilien' ad eam ordinacionem exequendam durent post mortem beate me.* [memorie] *dominj Johannis pape hanc ordinacionem facientis et concedentis.*"

3) Fol. 33ᵃ... 46ᵃ, sec. XV: Decretales Innocentii IV et Gregorii X, quae supra omissae sunt. In fine: „*Explicit sextus Bonifacij, videlicet Johannis de Crymczow. Completus Anno gracie in Vyschuzin.*"

4) Fol. 46ᵇ, sec. XV: „*Versus continentes Rubricas decretalium et divisionem librorum.*"

5) Fol. 47ᵃ... 65ᵇ, sec. XIV: **Constitutiones Clementinae,** sine glossa. Sex Folia perierunt inter Fol. 63 et 64.

6) Fol. 65ᵇ... 68ᵇ, sec. XIV: **Extravagantes Ioannis XXII, Bonifacii VIII et Benedicti XI,** sine glossa. Sunt hae:

a) Ioannis XXII.

„*Suscepti regiminis.*"
„*Sedes apostolica.*"
„[E]*xecrabilis.*"

b) Bonifacii VIII cum inscriptione: „*Extravagantes Bonifacij viij.*"

„*Detestande feritatis abusum etc. Jsta prohibet, ne corpora mortuorum*" etc.
„*Sequitur super kathedram, que reposita est in nouellis concilij viennen.*" [cap. 2. de sepult. in Clem. (3, 7)].
„*Excommunicamus.*"
„*PRouide.*"
„*Debent superioribus.*"
„*INiuncte.*"
„*UNam sanctam.*"
„*REm non nouam agredimur, neque viam insolitam ambulamus reuocata et declarata est per quandam nouellam concilij vien. de iudic'. dudum bo.* [cap. 1. de iud. in Clem. (2, 1)]; *ibi vide, quid dicatur.*"

c) Benedicti XI.

„*Secuntur extrauagantes benedicti, et primo* [*bo.* (punctis suppositis deletum)] *dudum bo., que reuocat processus in parte contra columpnen. factos. Sequitur inter*

cunctas, que desijt per repositionem super cathedram de sepulturis in nouellis."

„*Ex eo, quod quedam nouella constitutio declarat quandam constit'. bon.* [Bonifacii [10]] *et dicit, quando ordinarij et inquisitores*" etc.

„*INter cunctas*" usque ad verba: „*Relicta pauperibus non paciuntur falcidiam.*"

Cf. infra Nr. XXI, 2, 3 et Phillips, Kirchenr. Tom. IV. pag. 374...377.

XXI.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 173, 10⁵/₆" altus et 7¹/₆" latus. 1771.

1) Fol. 3ᵇ...154ᵃ: **Liber Sextus Decretalium Bonifacii VIII**, cum glossa Ioannis Monachi.

2) Fol. 153ᵇ...167ᵇ: **Extravagantes Bonifacii VIII**, cum glossa Ioannis Monachi.

a) „*DEtestande.*"

b) „*ANtiquorum.*"

c) „*Svper cathedram.*"

d) „*excommunicamus*"; haec constitutio non eadem est, quam supra (Nr. XX, 6. b) et inferius (Nr. 3) habemus, quaeque in Extrav. comm. reperitur [cap. 1. de sent. excomm. (5, 10)], sed plane alia. De ea Ioannes Monachus in glossa (Fol. 162ᵇ. col. 2): „*hec pronunciatio reperitur in prouinciali cancellarie, et cum quidam scriptor pape diceretur incidisse in eam, Bonifacius papa octauus hanc pronunciationem innouauit et eam publice in audiencia fecit.*"

e) „*Cvpientes olim discordiam*", sine glossa.

f) „*PRouide*", cum Rubr. „*De sententia excommunicationis.*"

g) „*DEbent superioribus*", sine glossa.

h) „*INiuncte*", sine glossa.

Subscriptio: „*Expliciunt extrauagantes.*" Cf. Phillips l. c. pag. 375, 376.

In margine Fol. 165ᵇ a manu seculi XV scripta est **Extravagans Ioannis XXII** „*Vas electionis*" [cap. 2. de haeret. in Extrav. comm. (5, 3)].

3) Fol. 167ᵇ...171ᵃ: **Extrav. Bonifacii VIII** „*Excommunicamus*" et **Benedicti XI** „*Inter cunctas.*"

4) Fol. 172ᵃ...173ᵃ: **Extravagantes Clementis V.**

a) „*meruit*" [cap. 2. de privil. in Extrav. comm. (5, 7)].

b) „*pastoralis*", non cap. 2. de sent. et re iud. in Clem. (2, 11), sed ea constitutio, cuius prima verba referuntur in fine cap. un. de immun. eccles. in Extrav. comm. (3, 13), quaeque est, primis tamen verbis praetermissis, cap. un. de immun. eccles. in Clem. (3, 17). Ut hoc probetur, ex codice nostro transcribo, quae sequuntur: „*Clemens episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam; pastoralis cura sollicitudinis super cunctos* [leg. cunctas] *xpiani populi naciones uigilare remediis subiectorum, eorumdem periculis obuiare et scandala remouere compellit. Sane quoniam ex felicis recordacionis bonifacii pape viij, pred'. n.* [predecessoris nostri], *que incipit clericis laycos*" etc. Itaque corrigendum est, quod Phillips l. c. pag. 401, 402 disputavit. Cf. Bickell, über die Entstehung und den heut. Gebr. der beid. Extravagantens. pag. 82. not. 1.

c) „*recolende memorie bonifacius.*"

---

10) cap. 17. de haeret. in 6to (5, 2).

XXII.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 302, 9⅝" altus et 6¾" latus.

1) Fol. 3ᵃ ... 110ᵃ, a. 1302: **Liber Sextus Decretalium Bonifacii VIII,** sine glossa.
2) Fol. 113ᵃ ... 301ᵃ, a. 1382: **Ioannes Andreae,** glossa in Sextum. — *Cf.* Steffenhagen, Beitr. §. 36.
3) Fol. 301ᵃ ... 302ᵇ: **Extravagantes Benedicti XII.**
   a) *„dudum felicis recordacionis Johannes."*
   b) *„experimento didicimus."*
   c) *„Ad vniuersalis ecclesie Regimen"* [cap. 13. de praeb. in Extrav. comm. (3, 2)].

XXIII.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 121, 7¾" altus et 5¾" latus.

1) Fol. 1ᵃ ... 83ᵇ: **Liber Sextus Decretalium Bonifacii VIII,** sine glossa. Fol. 84 vacat.
2) Fol. 85ᵃ ... 121ᵇ: **Constitutiones Clementinae,** sine glossa.

XXIV.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 51, 16¾" altus et 10¼" latus.

Fol. 2ᵃ ... 50ᵃ: **Constitutiones Clementinae,** cum glossa Ioannis Andreae.

XXV.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 58, 17" altus et 10½" latus.

1) Fol. 1ᵃ ... 52ᵃ: **Constitutiones Clementinae,** cum glossa Ioannis Andreae. Inter Fol. 2 et 3 desunt quatuor Folia.

2) Fol. 52ᵇ ... 53ᵃ: **Extravagans Ioannis XXII** *„execrabilis."*

3) Fol. 54ᵃ ... 58ᵇ: **Paulus de Liazariis,** apostillae in Clementinas. Inscriptio: *„Incipiunt apostille domini pauli de liazar'. super clemencina; prologus Jo. pape xij* [leg. XXII] *ad clementinam."* Subscriptio: *„Expliciunt apostille domini pauli de liazar'. super constitutione clementina, scripte per manus henr. de prusia."* Manus eadem est, quae apostillas supra (Nr. XVIII, 2) indicatas scripsit.

C) FONTES IURIS GERMANICI.

XXVI.

Codex chartaceus, anni 1376, Foliorum 53, 10¾" altus et 8⅜" latus.

Fol. 1ᵃ ... 53ᵇ: **Richtsteig Landrechts.** — *Cf.* Homeyeri Richtsteig Landrechts. Berol. 1857. 8°. pag. 573.

XXVII.

Codex membranaceus, seculi XV, Foliorum 283, 13¾" altus et 10⅛" latus. 888. / ?

Fol. 1ª ... 282ᵇ: **Distinctionum Magdeburgensium Libri IX.** — Cf. Homeyer, die deutsch. Rechtsb. des Mittelalt. und ihre Handschr. Berol. 1856. 8°. Nr. 360ᵐ. pag. 114 et Stobbe, Gesch. der deutsch. Rechtsquell. Sect. I. Brunsvig. 1860. 8°. pag. 427, 428 et not. 26, 27.

XXVIII.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 228, 11⅛" altus et 8¼" latus. 1282. / Yy. 62.

Fol. 33ª ... 56ᵇ: **Aurea Bulla Caroli IV.** Reliqua ad ius non pertinent.

D) FONTES IURIS BORUSSICI.

XXIX.

Codex chartaceus, seculi XVI, Foliorum 240, 12¾" altus et 7¾" latus. („*Hunc librum ego Iohannes Bretkius, pastor Ecclesiae Labiensis, possideo, ex donatione Danielis Broschwitzij, scribae Mimelensis. Anno 1573.*") 899. / LII.15.III.

Fol. 18ª ... 240ᵇ: **Ius Culmense vetus.**

XXX.

Codex chartaceus, seculi XVI, Foliorum 210, 12¼" altus et 7⅞" latus. 1857.

Fol. 1ª ... 193ᵇ: **Ius Culmense vetus**, cum praefatione et explicatione auctoris incerti. Nonnulli quidem, notam codicis Wallenrodtiani a Lemanio (Das alte Kulmische Recht. Berol. 1838. pag. XV i. f.) repetitam, quae Gregorium Husingium explicationem Iuris Culmensis exscripsisse i. e. ex alio exemplari transcripsisse et 15. Decemb. a. 1567 incepisse, 7. Febr. a. 1568 complevisse declarat, non recte interpretati, hanc explicationem nomini Gregorii Husingii addicunt (cf. Schweikart in Jahrbüch. für die Preuss. Gesetzgeb., Rechtsw. und Rechtsverw. Tom. XXVI. Berol. 1825. pag. 251. not. 15), refelluntur autem eo, quod explicatio Iuris Culmensis in codice bibliothecae urbanae, signato *S.* 10 (vd. infra Append.), annum 1541 subscriptum habet.

XXXI.

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 145, 10⅝" altus et 7⅜" latus. 897. / LII.17.IV.

Fol. 1ª ... 145ª: „*Wilküer der Stadt Dantzigk Wornach sich jedermenniglich Burger vnndt Frembde in handel vnnd wandel zu richten vnnd zu uerhalten habenn sollen.*"

XXXII.

Codex chartaceus, nonnullis Foliis membranaceis intermixtis, seculi XV, Foliorum 47, 11¾" altus et 8¾" latus. 93. / Bbb. 22.

1) Fol. 1ª ... 6ª: **Ioannes Andreae**, summa super quarto Libro Decretalium.

2) Fol. 6ᵃ ... 11ᵃ: **Casus.**

a) „*Sequntur casus, pro quibus penitens sit A* [leg. ad] *Episcopum mittendus.*“

b) „*Sequntur Casus papales reseruati pape.*“

c) „*excommunicationis sententiam incurrit quis hijs casibus ipso facto secundum antiqua iura.*“

d) „*Secuntur casus nouorum Jurium, vbi quis ipso facto incurrit excommunicationis sententiam, et primo li. vj decretalium.*“

e) „*Sequntur casus Clementine, quibus quis ipso facto excommunicationis sententiam incurrit.*“ Jacobson, Gesch. der Quell. des Kirchenr. des Preuss. Staats. Pars I. Vol .I. pag. 15, 16.

3) Fol. 11ᵇ ... 13ᵇ: „*Canones penitencionales.*“ Fol. 14 vacat.

4) Fol. 15ᵃ ... 16ᵇ: **Concilii Constantiensis sessio XLIII.** In fine: „*Et Ego hermannus dllerg* [sic], *inter decretorum doctores minimus, sedis apostolice notarius, ad conscribendum acta huius sacri concilij vna cum alijs deputatus, predictis omnibus interfui, Eaque sic fieri vidi et audiui. Jdeo presens publicum Jnstrumentum exinde puplicaui et confeci et signo meo et nomine consweuts signaui, Rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.*“ — Jacobson l. c. pag. 17. not. 18.

5) Fol. 17ᵃ ... 21ᵃ: „*Jn nomine domini Amen. Capitula reformacionum Super articulis iuxta decretum Concilij* [add. Constantiensis] *reformandis.*“ Sunt eadem capitula, quae Mansi e codice Brunsvicensi edidit (Sacror. concil. nov. et ampliss. collect. Edit. noviss. Tom. XXVII. Venet. 1784. fol. col. 1189 ... 1193) In fine: „*Verum quia ego lobexius Combas, clericus Albiensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, ac Reverendissimi in Cristo patris dominj Johannis, miseratione diuina Episcopi Ostiensis, Romane Ecclesie vicecancellarij, Secretarius, facta primitus collacione diligenti de statutis et ordinacionibus prescriptis cum originali, reperi concordanciam de eisdem: Jdcirco de mandato dicti domini vicecancellarij signum meum, quo in publicis utur* [leg. utor] *Jnstrumentis, apposui hic consuetum propria manu me subscribendo vna cum appensione Sigilli dicti domini vicecancellarij in fidem et testimonium premissorum.*“

6) Fol. 21ᵇ ... 22ᵃ: „*Dese nochgeschrebene vorramunge des ganczen landis ist vsgegangen von Mar. am Sontage noch Omnium sanctorum Jm xiiijᶜ vn xviij Jar.*“ Index in fronte codicis hunc titulum continet: „*Ordinacio ab Jncolis Terre prussie de solucione et debitorum* [sic] *in bona uel exili moneta facienda.*“

7) Fol. 23ᵃ ... 35ᵃ: **Statuta provincialia concilii Rigensis** (a. 1428). Jacobson pag. 48. not. 11 et Append. Nr. VII.

8) Fol. 35ᵃ ... 36ᵃ: **Statuta concilii Elbingensis** (a. 1427). Jacobson pag. 47. not. 9 et App. Nr. VI. Fol. 36ᵇ et 37 vacant.

9) Fol. 38ᵃ ... 43ᵇ: **Statuta provincialia concilii Rigensis abbreviata.** Jacobson pag. 48. not. 12 et App. Nr. VIII.

10) Fol. 44ᵃ ... 45ᵃ: **Statuta concilii Elbingensis** (a. 1427). Supra Nr. 8.

11) Fol. 45ᵇ ... 46ᵃ: **Exemplum diplomatis Ioannis IV** (Episcopi Pomezaniensis), edit. Marienwerder die exaltationis crucis a. 1496 [11]). Authenticum in Archivo regio asservatur (Voigt, Gesch. Preuss. Tom. IX. Regiom. 1839. 8°. pag. 217. not. 1).

Fol. 46ᵇ et 47 vacant. Reliqua, quae in hoc codice Jacobson vidit, quaeque in indice praefixo enumerantur, non iam insunt.

---

11) Non 1497, ut est apud Voigtium.

XXXIII.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 27 numeratorum, quibus intercedunt duo Folia sine numeris, $8^1/_4$" altus et $5^3/_4$" latus.

1) Fol. 1ª... 6ᵇ: **Statuta synodalia ecclesiae Pomezaniensis** (a. 1411). — Jacobson pag. 94. not. 36 et App. Nr. XLVII.

2) Fol. 6ᵇ... 7ª: **Gerardus** (Episcopus Pomezaniensis), confirmatio statutorum synodalium ecclesiae Pomezaniensis. — Jacobson pag. 94. not. 37 et App. Nr. XLVIII.

3) Fol. 7ª... 8ª: **Ioannes III** (Episcopus Pomezaniensis), confirmatio statutorum synodalium ecclesiae Pomezaniensis. — Jacobson pag. 94. not. 38 et App. Nr. XLIX.

4) Fol. 8ª... 14ᵇ: **Statuta provincialia concilii Rigensis abbreviata.** — Jacobson pag. 48. not. 12 et App. Nr. VIII.

5) Fol. 14ᵇ... 16ª: **Statuta concilii Elbingensis** (a. 1427). — Jacobson pag. 47. not. 9 et App. Nr. VI.

6) Fol. 16ᵇ: *„Absolucio a sententia excommunicationis."* Sequuntur duo Folia vacua, quae non numerata sunt.

7) Fol. 17ª... 27ª: **Casus** et **Canones poenitentiales**, quos supra Nr. XXXII, 2 et 3 recensuimus. — Jacobson pag. 16.

E) FONS IURIS POLONICI.

XXXIV.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 48, $8^3/_4$" altus et $6^5/_8$" latus.

Fol. 1ª... 47ᵇ: **Statuta Casimiri III Magni** (Regis Poloniae).

SCRIPTORES.

XXXV.

Codex membranaceus, e diversis consutus, Foliorum 180, 9½" et 8⅞" altus, 7" et 6⅛" latus.
(Olim Capituli Sambiensis.)

Praeter varia opuscula non iuridica inest Fol. 88ᵃ... 106ᵇ **Epitome iuris civilis** „*Exactis a romana ciuitate regibus*", seculo XV scripta, cum indice paragraphorum. Inscriptio vel subscriptio nulla. Finis: „*Hec autem nomina secundum uocabulorum significationes et accionum proprietates collecta sunt sub compendio ex libro codicis et digestorum.*" Ex hoc libello aetate Glossatorum, uti videtur, antiquiore Brissonius multos locos excerpsit in praestantissimo de verborum significatione opere [12]). Cf. etiam Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque nationale etc. Tom. VI. pag. 125, 126; Falck in Kiel. Beitr. Tom. I. pag. 209; Crameri Haus-Chronik. Hamb. 1822. 8°. pag. 139, 140; Böcking, Pand. des röm. Privatr. Tom. I. Ed. II. Bonn. 1853. 8°. §. 24. §. e et not. 19. — Ceterum codicis nostri notitiam iam Muther dedit in Lit. Centralblatt für Deutschl. 1859. Nr. 21. col. 331.

XXXVI.

Codex membranaceus, seculi XIII, Foliorum 75, 12" altus et 8½" latus.

1) Fol. 2ᵃ... 43ᵇ: **Otto Papiensis**, ordo iudiciarius, cum glossis interlinearibus et marginalibus. In Fol. 1ᵃ praemittitur index Rubricarum. Inscriptio nulla. Initium: „*OLJM edebatur actio et per scripturam, et sine scriptura.*" [13]) Subscriptio: „*Explicit. AMEN.*" Sequuntur tamquam corollaria fr. 13. Dig. quod met. c. (4, 2) et fr. 47. Dig. de iud. (5, 1). Insignis est noster codex glossa in fronte Fol. 2ᵃ ascripta, quae Ottonem Papiensem huius ordinis iudiciarii auctorem esse confirmat: „*Inter ceteras facultates ars iuris et equi obtinet principatum; ea enim diuina et humana gubernantur, maiores minoribus preponuntur, et minores*

---

12) Vd. voc. stratores §. 2, patricius §. 2, legatus §. 3, praefectus §. 7, comes §. 16, domesticus §. 5, togatus, arbiter §. 4, cancellarius i. f., scriniarii i. f., limitaneus, ducenarii, syndicus, orphanotrophus, tabellarius (cf. tabellio), argentarii §. 1, exsequutor §. 1, ordinarius §. 1 i. f., vicarius § 2 i. f., mediastinus §. 1 i. f., atrienses, codicilli §. 2 i. f., postumus §. 1, bonorum possessores etc. etc.

13) Similiter incipit Ricardi Anglici ordo iudiciarius (Witte): „Olim edebatur. Editio sine scriptis fieri potest."

maioribus subiciuntur; ea enim quelibet negotia diffiniuntur; eius non minima pars est et ordo iudiciarius, cuius perfectio in hac minima et compendiosa conditione ab ottone papiense edocetur. Sumit enim principium a libello conuentionali, qui primum tenet locum jn ordinario iudicio. Olim etc." [14]) — Cf. Savigny Tom. IV. pag. 379. pag. 381. not. b et c.

2) Fol. 44ᵃ . . . 75ᵃ: Auctoris incerti **Summa iuris canonici.** Inscriptio et subscriptio nulla. Initium: „*De questionibus decretalibus tractaturi, ad cursum loquentis expeditiorem atque audientium intelligentiam faciliorem eas utile duximus sub tripartita colligere distinctione, quarum prima continet questiones ad ordinem iudiciarium pertinentes, Secunda* [*meras* (punctis suppositis deletum)] *meras decretales ad ministros altarisque ministeria spectantes, Tercia matrimoniales.*"

XXXVII.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis vel XIV ineuntis, Foliorum 85, 14⅛" altus et 9½" latus.

17. / Aaa. 12.

1) Fol. 1ᵃ . . . 12ᵇ: **Damasus**, quaestiones super Decretalibus. Incipiunt initio mutilae: „*ut extra iii de elec. cum inter dilectos cano. Jtem si usque ad annum non uteretur istis primis litteris.*" In fine subscriptum est: „*DAMASVS.*"

2) Fol. 13ᵃ . . . 24ᵇ: Auctoris incerti **Notabilia compilationis I Decretalium.** Inscriptio: „*Jncipiunt notabilia primarum decretalium.*" Initium: „*Juste iudicate; quod istud prohemium compositum est ex diuersis auctoritatibus.*" In fine: „*Mar.*"

3) Fol. 25ᵃ . . . 27ᵃ: Auctoris incerti **Notabilia compilationis III Decretalium.** Incipiunt initio mutila in Titulo de praeb. (3, 5).

4) Fol. 27ᵃ . . . 58ᵇ: **Collectio quaestionum iuris canonici.** Earum prima orditur: „*Qvidam nobilis abstulit quasdam possessiones cuidam ecclesie*", ultima: „*DEcanus cuiusdam ecclesie habebat ius eligendi canonicos in ecclesia sua.*"

5) Fol. 59ᵃ . . . 64ᵇ: Auctoris incerti **Notabilia compilationis I Decretalium.** Alia, quam supra Nr. 2. Initium: „*de canonibus* [et postea corr. *constitutionibus*]. *Canonum; canones debent ab hominibus obseruari, et eorum auctoritate in iudiciis debet procedi.*"

6) Fol. 66ᵃ . . 69ᵇ: Auctoris incerti **Notabilia compilationis II Decretalium.** Initium: „*Preterea. Ciues incomtam constitutionem ediderunt.*"

7) Fol. 70ᵃ . . . 81ᵇ: Auctoris incerti **Notabilia compilationis III Decretalium.** Alia, quam supra Nr. 3. Initium: „[D]*Euotioni. Casus: scribit dominus papa magistris et scolaribus bon., ut utantur istis decretalibus sine scrupulo dubitationis tam in iudiciis quam in scolis.*"

8) Fol. 82ᵃ . . . 85ᵇ: Auctoris incerti **Notabilia compilationis IV Decretalium.** Initium: „[F]*irmiter. Jn prima parte dicitur, quod credere debemus et confiteri unum deum incommutabilem.*" Subscriptio: „*Expliciunt casus constitutionum innocencij.*"

XXXVIII.

Codex membranaceus, seculi XIII (Fol. 1 . . . 74ᵃ col. 2) et seculi XV (Fol. 74ᵃ col. 2 usque ad finem), Foliorum 118, 10⅝" altus et 7⅛" latus.

35. / Aaa. 36.

Fol. 1ᵃ . . . 118ᵇ: **Benincasa Senensis** († 1206 vel paulo ante), casus Decretorum. Inscriptio nulla. Initium: „*Qvoniam, ubi multorum et maxime rudium uersatur utilitas, ortatui* [hortatui] *et precibus sociorum non acquiescere peccatum uidetur ariolandi: ideo ego benencasa misi manum ad casus decretorum com-*

14) Hanc glossam dedi iam in libello: Beitr. zu v. Savigny's Gesch. pag. 5, sed minus accurate, literis minutissimis et iniuria temporum iam detritis, ut libere fatear, deceptus, quod harum rerum peritissimo cuique non mirum videbitur.

ponendos." Subscriptio: „*Expliciunt decretorum casus ordinarij bartolomei brixiensis.*" Scriptor, qui seculo XV inde a Fol. 74ᵃ col. 2 codicem supplevit, non genuinos Benincasae casus continuavit, sed reformationem Bartholomei Brixiensis substituit.

XXXIX.

23. / Aaa. 19.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 99, 12¾" altus et 9½" latus.

Fol. 1ᵇ...99ᵇ: **Raimundus de Pennaforte,** summa de poenitentia et matrimonio [15]). — Cf. Steffenhagen, Beitr. S. 43. Nr. 3.

XL.

180. / Fff. 12.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis vel XIV ineuntis, Foliorum 240, 9½" altus et 6⅜" latus.

Fol. 1ᵃ...240ᵇ: **Raimundus de Pennaforte,** summa de poenitentia et matrimonio.

XLI.

1172. / Xx. 108.

Codex membranaceus, seculi XIV ineuntis, Foliorum 239, 8⅞" altus et 5¾" latus.

Fol. 1ᵃ...239ᵇ: **Raimundus de Pennaforte,** summa de poenitentia et matrimonio, cum apparatu Guilielmi Redonensis [16]).

XLII.

64. / Aaa. 62.

Codex membranaceus, seculi XIV ineuntis, Foliorum 403, 5⅜" altus et 3¾" latus.

Fol. 3ᵃ...403ᵇ: **Raimundus de Pennaforte,** summa de poenitentia et matrimonio, cum apparatu Guilielmi Redonensis.

XLIII.

186. / Fff. 18.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis vel XIV ineuntis, Foliorum 120, 8½" altus et 6¼" latus.
(„*cest liure est mestre Jehan de laigni.*")

1) Fol. 4ᵃ...117ᵇ: **Raimundus de Pennaforte,** summa de poenitentia, sine summa de matrimonio, cum paucis glossulis marginalibus.

2) Fol. 119ᵃ...120ᵃ: Auctoris incerti **Vita Secundi** (Atheniensis philosophi). Inscriptio nulla. Initium: „*Scecundus philosophus philosophatus est omni tempore scilencium conseruans et pictagoricam ducens uitam.*" Finis: „*Jgitur adrianus inperator, cum legesset et didicisset, cur secundus philosophus in silencio philosophabatur, precepit eius libros interceri* [interseri] *et intitulari sacre bibleothece* [17]) *philosophi secundi digitis scribentem possidentem Religiose legentem* [sic]." Subscriptio: „*Explicit secundus philosophus.*" Huius vitae Graecum textum, e codice Medicaeo a Gudio descriptum, Schier in collectione sua publici iuris fecit et iterum Orelli in Opusc. Graecor. vet. sentent. et moral. Tom. I. Lips. 1819. 8°. pag. 208...213. Latinus textus nostro brevior exstat in Vincentii Bellovacensis spec. hist. Lib. X. cap. 70, 71.

---

15) Quetif Tom. I. pag. 108. col. 2 i. f. pag. 109. col. 1: „Quandonam a Raimundo edita fuerit, non conveniunt auctores. Diagus contendit ab eo Barcinona scriptam, priusquam a cardinali Joanne de Abbatisvilla in familiam asscisceretur. Castillus & Marieta volunt Romae cum apud Gregorium IX ageret, ab eo editam."

16) Errant, qui apparatum summae Raimundi Ioanni Friburgensi tribuunt, vd. Quetif Tom. I. pag. 109. col. 1 init. pag. 524. col. 1. Nr. 2. col. 2. Nr. 2 et imprimis pag. 131. col. 1; Hist. litt. de la France Tom. XVIII. pag. 403 sqq.

17) Verba „*sacre bibleothece*" ponenda sunt ante „*interceri*", quod etiam corrector codicis lineolis obliquis: // indicare voluit.

XLIV.

Codex membranaceus, seculo XIV nitide scriptus, Foliorum 202, 9" altus et 6¹/₂" latus. 55. Aaa. 52.

1) Fol. 1ᵃ ... 23ᵇ: **Dominicus Dominici**, summa dictaminis. Inscriptio: „*Incipit summa de cursu episcopali sub breuitate uerborum compilata.*" Initium: „*OMne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum.*" Subscriptio: „*Explicit.*" De hoc opusculo in editionibus „Modi legendi abbreviaturas in utroque iure" iam saepius impresso (Hain Vol. II. Pars I. Nr. 11479 ... 11488) cf. Rockinger, über formelbücher vom dreizehnten bis zum sechzehnten jahrh. Monach. 1858. 8°. pag. 63, 64 pag. 166, 167. Fol. 24 vacat.

2) Fol. 25ᵃ ... 139ᵇ: **Raimundus de Pennaforte**, summa de poenitentia et matrimonio ab auctore incerto abbreviata. Index Rubricarum cum inscriptione: „*INcipiunt capitula de summa remundi.*" Prologus cum inscriptione: „*Jncipit summa casuum abreuiata, amen*" et cum subscriptione: „*Explicit prologus huius summe remundi*" incipit: „*Qui stat, uideat, ne cadat, ait apostolus.*" In calce: „*Laus tibi sit, xe, quia finem continet iste s. liber.*" Auctor Raimundum tamquam extraneum appellat, quare nihil est, quod Quetif Tom. I. pag. 109. col. 2 et Phillips, Kirchenr. Tom. IV. pag. 264 dubitent, utrum Raimundi summa ab ipso an ab alio in compendium redacta fuerit.

3) Fol. 139ᵇ ... 144ᵃ: **Raimundus**, summa de arbore consanguinitatis et summa de arbore affinitatis. Cf. supra Nr. XIII, 1 et Nr. XVI, 2, 3. Hic Raimundus sitne Raimundus de Pennaforte, constituere non audeo.

4) Fol. 145ᵇ ... 201ᵇ: „*JN nomine domini amen, ad laudem et gloriam omnipotentis dei...... compilatio aliqua breuis est facienda de hijs, que in sacra scriptura tractantur, et que maxime ad humanam salutem sunt necessaria.*"

XLV.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 122, 9³/₈" altus et 6¹/₄" latus. 52. Aaa. 49.

Fol. 1ᵃ ... 121ᵇ: **Guilielmus Redonensis**, apparatus in Raimundi summam de poenitentia et matrimonio. Inscriptio nulla. Initium: „*Ait Jeronimus de pe. di. i. c. ij. Secunda tabula: tabula hic dicitur baptismus uel pnia* [poenitentia]." Finis: „*quod voluptarie expense exaccionem non pariunt, etiam si uoluntate mulieris facte sunt.*" Subscriptio: „*Explicit summa de matrimonio.*"

XLVI.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis vel XIV ineuntis, Foliorum 68, 10¹/₄" altus et 7¹/₂" latus. („1542. *Ex Arce Tapia.*") 41. Aaa.41.II.

Fol. 1ᵃ ... 68ᵃ: **Tancredus**, ordo iudiciarius (reformatio secunda, a. 1234 vel paulo post confecta [18]). — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 4. Nr. 1.

XLVII.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis vel XIV ineuntis, Foliorum 106, 10" altus et 7¹/₄" latus. 42. Aaa.41.III.

1) Fol. 2ᵃ ... 94ᵃ: **Tancredus**, ordo iudiciarius (reformatio secunda). — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 4. Nr. 2 et not. 6 [19]).

---

18) Pillii, Tancredi, Gratiae libri de iudiciorum ordine. Edidit Fridericus Bergmann. Gotting. 1842. 4°. pag. VI sqq.

19) Ibi errore nescio quo pro Fol. 94 sqq. scripsi Fol. 93 sqq.

2) Fol. 94ᵃ ... 104ᵃ: Auctoris incerti de ordine iudiciario libellus, qui dicitur **Parvus ordinarius** [20]). Inscriptio: „*hic incipit paruus ordinarius.*" Initium: „*Quia causarum decisio per iudicium habet terminari, videndum est primo, quid sit causa, quid iudicium, quid exigatur ad iudicium, et quo ordine procedatur ad decisionem cause.*" Finis: „*contentio eorum, que in iure petebantur decidi iusticia mediante.*" Subscriptio nulla.

3) Fol. 104ᵃ ... 105ᵃ: Auctoris incerti libellus de exceptionibus, qui vocatur **Contentio actoris et rei** [21]). Inscriptio: „*Incipit libellus de exceptionibus, qui dicitur Actor et Reus.*" Initium: „*Qvidam litteras impetrauit sub tali forma.*" Desinit codex in his verbis: „*ex quo ergo in Rescripto domini pape apponitur illa clausula eo forcius fieri.*"

XLVIII.

1202.
Xx. 138.

Codex membranaceus, seculi XV, Foliorum 202, 6⁷/₈" altus et 5" latus.

Fol. 34ᵃ ... 37ᵇ: Auctoris incerti **Ordo iudiciarius**, vulgo Ioanni Andreae ascriptus. Inscriptio et subscriptio desunt. Initium: „*ANtequam dicam de processu iudicij.*" Finis: „*et hec de processu et ordine iudicij dicta breuiter sufficiant. Amen.*" Capita et ea quidem omnia sine inscriptionibus numeramus quindecim, quorum cum Wunderlichii editione concordia haec est:

cap. I = W. cap. I.
cap. II = W. cap. II. pr. ... §. 4.
cap. III = W. cap. II. §. 5.
cap. IV = W. cap. III. pr. ... §. 4. verb. „tempore feriato."
cap. V = W. cap. III. §. 4. verb. „Sunt autem" ... §. 7.
cap. VI = W. cap. IV. pr. ... §. 9.
cap. VII = W. cap. IV. §. 10 ... §. 14.
cap. VIII = W. cap. V.
cap. IX = W. cap. VI.
cap. X = W. cap. VII.
cap. XI = W. cap. VIII.
cap. XII = W. cap. IX.
cap. XIII = W. cap. X.
cap. XIV = W. cap. XI.
cap. XV = W. cap. XII. pr. ... §. 7.

In formulis inducitur decanus Vratislaviensis ecclesiae, et bis nominatur Gnesinensis dioecesis. Ceterum vd. de hoc libello Rudorff, über den Processus juris des Johannes Andreä, in Zeitschr. für gesch. Rechtsw. Tom. XI. Nr. 3 et Rockinger, über einen ordo judiciarius, bisher dem Johannes Andreä zugeschrieben. München, 1855. 8°. — Reliqua, quae noster codex habet, ad ius non spectant.

XLIX.

56.
Aaa. 53.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis vel XIV ineuntis, Foliorum 86, 9" altus et 6¹/₄" latus. („1542. *Ex Arce Tapia.*")

1) Fol. 2ᵃ ... 72ᵃ: **Roffredus,** libelli iuris canonici (post a. 1243). — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 6.

2) Fol. 72ᵇ ... 85ᵃ: **Brachylogus iuris civilis.** — Cf. Savigny Tom. II. pag. 251, 252. pag. 262; Böckingii edit. Brachyl. pag. LXXXIX, XC.

20) Ioannes Andreae ad Durantis specul. prooem. (Savigny Tom. III. pag. 639.)

21) Ioannes Andreae l. c.; Feller, catalogus codicum msctorum bibl. Paulin. Lips. 1686. 12°. pag. 243. Nr. 22; Blume in Rhein. Mus. für Jurispr. Tom. IV. pag. 372. col. 1. vers. 12; Wunderlich in Zeitschr. für geschichtl. Rechtsw. Tom. XI. pag. 91.

L.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 208, 9³/₄" altus et 7¹/₄" latus. 50. Aas.47.II.

Fol. 2ᵃ...208ᵃ: **Goffredus de Trano**, summa Decretalium Gregorii IX (post a. 1241 et ante a. 1244 [22]). Inscriptio non adest. Initium: „*Glosarum diuersitas intelligenciam textus nonnunquam obtenebrat.*" Subscriptio: „*Explicit summa magistri gaufredi, amen.*"

LI.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis vel XIV ineuntis, Foliorum 213, 13¹/₂" altus et 8⁷/₄" latus. 1609.

1) Fol. 1ᵃ...142ᵃ: **Goffredus de Trano**, summa Decretalium Gregorii IX. Inscriptio: „*Jncipit summa magistri hostien.* [ita aliquis, qui corrigere voluit, depravavit] *super titulis determinationum R.*" Initium: „*Glosularum diuersitas intelligenciam textus non nunquam obtenebrat.*" Subscriptio: „*Explicit summa magistr. hostien.* [iterum depravavit idem, qui supra], *doctoris decretorum. Laus tibi sit, xpe, quoniam liber explicit iste.*"

2) Fol. 142ᵃ...143ᵃ: Auctoris incerti **Tractatus de fideiussoribus** inc. „*Tractauimus in superiorj titulo, qualiter res pro debito pignorentur, nunc uideamus de personis, que pro alieno debito obliguantur, vnde subicitur hic Rubrica de fideiussoribus*" et **Tractatus de solutionibus** inc. „*Quia solutione eius, quod debetur, tollitur obliguatio, ut inst.' quibus mo. ob. tol. in prin., ideo post tractatum de obliguationibus competenter sequitur de solutionibus.*"

3) Fol. 146ᵃ...200ᵃ: **Roffredus**, libelli iuris canonici. Inscriptio: „*Libellus menfredi* [sic] *in iure canonico, e primo super electione et qualiter formetur.*" Subscriptio: „*Explicit summa ramfredi* [23]) *in iure (in iure) canonico. Sum scriptor talis, michi monstrat littera qualis. Finito libro, reddatur cena magistro, amen.*"

4) Fol. 200ᵃ...211ᵇ: **Ioannes de Deo**, liber dispensationum [24]). Inscriptio: „*Jncipit liber magistri iohannis de deo super dispensationibus*" Initium: „*JNcipit libellus dispensacionum, in quo xiiij capitula ponuntur.*" Inferius: „*venerabilibus uiris, fratribus ordinis predicatorum ...... Magister Johannes de deo, yspanus, doctorum* [leg. doctor] *decretorum, canonicis illis* [sic; alia manus correxit *canonicus vrbis*] *bononie* [leg. canonicus Ulis. bon. [25])], *salutem in eo, qui est vera salus. §. Nouerit uestra prouidencia.*" Subscriptio: „*Expliciunt libri dispensacionum.*" In fine secundae huius libri partis (Fol. 210ᵇ. col. 2) Ioannes de Deo pro sua consuetudine catalogum reliquorum opusculorum, quae in illum diem ediderat, subiunxit [26]). Annus compositi opusculi praesentis non 1243, ut in codicibus Diplovataccii et Parisiensi, sed 1253 notatur.

LII.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis, Foliorum 318, 10¹/₄" altus et 7¹/₈" latus. 179. Fff. 11.

1) Fol. 1ᵇ...58ᵃ: **Raimundus de Pennaforte**, summa de poenitentia et matrimonio.

2) Fol. 58ᵇ...87ᵇ: **Bernardus Botonus sive Parmensis**, summa iuris canonici. Inscriptio: „*Jncipit summa juris.*" Initium: „*Formauit hominem deus ad ymaginem et similitudinem suam.*" Finis: „*quia*

22) Laspeyres, über die Entstehung und älteste Bearbeitung der Libri feudorum. Berol. 1830. 8°. pag. 266. not. 75.
23) Savigny Tom. V. pag. 187. not. d.
24) Sarti Tom. I. Pars I. pag. 352, 353; Savigny Tom. V. pag. 481.
25) Sarti l. c. pag. 352. vers. 26 sqq. pag. 353. vers. 14 sqq.; Savigny l. c. pag. 468. not. h.
26) Savigny l. c. pag. 469, 470 eum catalogum omisit.

coherere et coniungi non possunt, quibus studia sunt diuersa: xvi. q. vi [leg. 7] *nona accione.*" Subscriptio: „*explicit.*"

Quamquam haec summa in appendice catalogi bibliothecae S. Marci nomini Bernardi Papiensis addicitur (vd. Blume in Rhein. Mus. für Jurispr. Tom. IV. pag. 242. Nr. 25), tamen sine ulla dubitatione Bernardo Parmensi ascribenda est, quia auctor in primo Titulo nonnulla verba ex suo apparatu Decretalium Gregorii IX affert: „*utilitas est, ut sciamus discernere inter equum et iniquum. Modus agendi est, quia diuidit opus suum in v partes, ut dixi in prima notula aparatus*", quae verba reperimus in principio glossae ordinariae Bernardi Parmensis.

3) Fol. 88ª ... 90ᵇ: Tituli Codicis et Authenticorum.

4) Fol. 91ª ... 279ᵇ: **Goffredus de Trano,** summa Decretalium Gregorii IX. Inscriptio: „*Incipit summa magistri Gaufredi de trano super noua compilatione decretalium epistolarum.*" Initium: „*Glosarum diuersitas intelligenciam textus non nunquam obtenebrat.*" Subscriptio: „*Explicit summa Magistri Gaufredi de trano. Scripta a fratre Everhardo de lapide in domo Gripiswoldn. Jnchoata quidem in xlma* [quadragesima] *et perfecta Jn die beati stephani pape et martyris, hoc est in uigilia uigilie beati, dominici, gloriosi patris ordinis fratrum predicatorum, anno domini M° cc lxxxiiij, ante tempus vespertinum.*"

5) Fol. 279ᵇ ... 283ᵇ: Varii Titulorum indices.

6) Fol. 284ª ... 289ᵇ: „*Incipit ascensus mentis in deum, quem ex diuersorum dictis collegi ad uocionem legentibus excitandam.*"

7) Fol. 289ᵇ ... 292ª: **Precationes** nonnullae, quarum agmen claudit haec:

„Ich bite dich, herre, vater, ihesu crist,
wane du durch mich gemartiret bist,
Durch alle dine trůwe
So verlich mir rechte rvwe.
Ich bide dich, wil liber schepfere,
Dů da bist aller werlde herre,
vnd durch din vilheiliget blůt
wis mir an mineme ende gůt, amen.
Ich bite dich, herre, uil liber troist,
Ich glaube, daiz dů mich unde alle div werilt haist erloist.
Nv dů iz durch dinen heiligen toit
hilf mir vzer aller miner noit, amen."

8) Fol. 292ª ... 293ᵇ: „*Breuis exposicio officij misse.*"

9) Fol. 294ª ... 307ᵇ: „*Incipiunt priuilegia papalia ordini predicatorum concessa et quedam statuta occasione ordinis parisi'. ordinata a domino alexandro et innocencio iiij°.*"

10) Fol. 308ª ... 311ª: „*Fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata. Fundamentum primum iaspis.*"

11) Fol. 311ᵇ ... 315ª: „*De operacione spiritus sancti in anima.*"

12) Fol. 315ª ... 318ᵇ: **Orationes sacrae.**

LIII.

29. / Aaa. 28.

Codex membranaceus, seculi XV, Foliorum 144, 11⅝" altus et 8" latus.

1) Fol. 1ª ... 50ᵇ: **Ioannes de Deo,** tabula Decreti. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 18. Nr. 2.

2) Fol. 50ᵇ ... 127ᵃ: **Ioannes de Deo,** tabula Decretalium Gregorii IX. — Cf. Steffenhagen §. 19. Nr. 1.

3) Fol. 127ᵃ ... 132ᵃ: **Nicolaus de Anesiaco,** tabula Clementinarum. Inscriptio et subscriptio nulla. Initium: „*Abbatisse si debeant benedici.*" Cf. infra Nr. LXIII, B, 2.

4) Fol. 132ᵃ ... 133ᵃ: „*NOta distinctionem sequentem. Quoniam, quicquid in summa De casibus et de matrimonio proponitur, confirmatur per auctoritates veteris et noui testamenti, Sanctorum doctorum augustini, Gregorij, Jeronimi, ambrosij et aliorum multorum.*" Agitur in hac distinctione de modo allegandi Corpus iuris canonici et Corpus iuris civilis.

5) Fol. 133ᵃ ... 134ᵃ: Aliquot verba ad ius spectantia explicantur.

6) Fol. 134ᵃ ... 134ᵇ: Auctoris incerti **Tractatus de modo citandi Corporis iuris tum canonici tum civilis.** Inscriptio vel subscriptio nulla. Initium: „*COrpus iuris diuiditur in ius Canonicum et ius Ciuile.*"

7) Fol. 135ᵃ ... 138ᵃ: **Ioannes de Deo,** Decretum abbreviatum. — Cf. Steffenhagen §. 15. Nr. 1.

8) Fol. 138ᵃ ... 140ᵃ: **Ioannes de Deo,** concordantia Decreti et Decretalium. — Cf. Steffenhagen §. 17.

9) Fol. 140ᵇ ... 144ᵇ: Varii indices Rubricarum et capitulorum Corporis iuris canonici, quos enumerare nihil attinet.

LIV.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 157, 12¾" altus et 9⅙" latus.

78. / Bbb. 8.

1) Fol. 1ᵃ ... 48ᵇ: **Ioannes de Deo,** tabula Decretalium Gregorii IX. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 19. Nr. 2.

2) Fol. 49ᵃ ... 66ᵃ: Auctoris incerti **Glossarium iuridicum.** Inscriptio deest. Initium: „*Quoniam omnium habere noticiam et in nullo penitus errare potius est diuinitatis, quam humanitatis, ut probatur C. de ue. iu. emucli. l. ij. con. sed quia dї'me* [sic]: *Jdeo quarumdam dictionum nomina, que in iure ciuili maxime frequentantur, ut melius sciri et inueniri possint, per ordinem alphabeti hic interserui, et si lectori aliqua dictio occurrerit, non miretur, quia nec omnium memoria occurrere potuit. Abigere est a se repellere.*" Subscriptio: „*et sic est finis.*"

3) Fol. 66ᵃ ... 67ᵇ: **Matheus de Cracovia,** de peccatis moralibus et venialibus. Inscriptio nulla. Initium: „[A]*d sciendum, quando peccatum aliquod fit morale uel veniale.*" Subscriptio: „*Jstud composuit sapientissimus sacre pagine professor, Magister Matheus de Cracouia, et cum hoc artium valentissimus etc.*" De auctore vd., quos Grässe Tom. II. Sect. II. pag. 317. Nr. 275 profert.

4) Fol. 67ᵇ ... 68ᵇ: Auctoris incerti **Inventarium in speculum Durantis** a verbo „[A]*Bolitio*" usque ad verbum „*Aduocatus.*"

5) Fol. 68ᵇ ... 120ᵃ: **Ioannes Nivicellensis,** concordantiae bibliorum et iuris canonici in testamentum vetus et novum. Inscriptio nulla. Initium: „[I]*N principio creauit deus celum et terram.*" Subscriptio: „*Finitum hoc opusculum xxviij die mensis Septembris per manus Johannis winrici in domo habitationis Johannis Gotke etc. etc.*" Cf. Fabric. Lib. IX. in voc. Joannes Abbas Mon. Nivicell. et de editionibus Hain Vol. II. Pars I. Nr. 9412 ... 9417.

6) Fol. 121ᵃ ... 153ᵇ: **Ioannes de Deo,** tabula Decreti. — Cf. Steffenhagen §. 18. Nr. 1.

7) Fol. 153ᵇ ... 157ᵃ: **Ioannes Andreae,** summa super quarto Libro Decretalium.

LV.

31.
Aaa. 31.

Codex membranaceus, seculi XIV et seculi XV, Foliorum 192, 11⅛" altus et 7" latus.

1) Fol. 1ᵃ... 164ᵃ: **Ioannes de Deo**, casus in Decretales Gregorii IX. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 16.

2) Fol. 164ᵃ... 166ᵃ: Auctoris incerti **Quaestio de emptione et venditione**. Inscriptio: „*Questio de empcione et vendicione.*" Initium: „*Vtrum empcio reddituum uel censuum sub pacto reemendi uel reuendendi sit licita.*" Finis: „*Et ita, ut prefertur, dico Ego C., decre. doc., licet minus salua semper correccione cuiuscumque melius sapientis.*" Auctor laudat Cinum et Ioannem Andreae.

3) Fol. 166ᵃ... 167ᵃ: „*Bulla declaratoria super quadam vendicione Censuum a M.* [Martino] *papa Quinto Emanata.*"

4) Fol. 168ᵃ.. 169ᵇ: **Extravagantes Ioannis XXII** „*Execrabilis*", „*Suscepti regiminis*" et „*Sedes apostolica.*"

5) Fol. 169ᵇ... 170ᵇ: „*Epistola missa domino clementi per Soldanum*" et **Clementis** Rescriptum ad Soldanum.

6) Fol. 170ᵇ... 171ᵃ: „*Jncipit alia epistola, quam quidam Rex Sarracenorum direxit archiepiscopo Coloniensi, que alio nomine uocatur agrippa.*"

7) Fol. 172ᵃ... 192ᵃ: **Constitutiones Clementinae**. Abrumpuntur in cap. 1. de verb. signif. (5, 11): „*ea consilia euuangelica, que in regula.*"

LVI.

60.
Aaa. 58.

Codex mixtus, seculi XIV et seculi XV, Foliorum 129, 8⅞" altus et 5¾" latus.

1) Fol. 1ᵃ... 47ᵇ, sec. XIV: **Ioannes de Deo**, liber quaestionum. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 20.

2) Fol. 48ᵃ... 59ᵃ, sec. XIV: Auctoris incerti **Tractatus de processu iudiciario**. Inscriptio: „*Jncipit tractatus super processu iudic'. ualde utilis.*" Initium: „*Quia in humanis inuentionibus ex omni parte est reperire perfectum, mihi verecund'. non reputo, Si presens opusculum ab inperfecto dicatur esse compositum. Non enim verborum sollempnitatem, sed intellectus utilitatem considerare proposui.*" Finis: „*et sic partes de omnibus inter eos querelis hactenus retro actis sese ad inuicem quietarent.*" Subscriptio: „*explicit.*" In formulis reperi semel annum 1247 (Fol. 51ᵃ. col. 1) et semel annum 1233 (Fol. 57ᵃ. col. 1).

3) Fol. 59ᵃ... 63ᵇ, sec. XIV: Variae formulae et alia, quae nullius momenti sunt.

4) Fol. 64ᵃ... 68ᵃ, sec. XIV: Auctoris incerti libellus de exceptionibus, qui dicitur **Contentio actoris et rei** [27]). Inscriptio nulla. Initium: „*Qvidam impetrauit litteras sub tali forma.*" Abrumpitur verbis: „*Actor. Jn hac parte, qua falsum suggestum est, forma expressa non est sequenda, et hoc est in.*" — Cf. Steffenhagen §. 4. not. 6 i. f.

5) Fol. 68ᵇ... 70ᵇ, sec. XIV: **Oratio**, qua quidam doctor iuris scholam aperit. Initium: „*Jn nomine p*[atris] *et f*[ilii] *et S*[piritus] *s*[ancti]. *Cum perplexitatis nexibus irretitus, diutius titubassem, titulante desiderio addiscendi, quod solum elegi optimam uiuendi rationem, vt ff. de fidei. commis. lib. l. apud iulianum* [20], *cuius scientie deberem consortio adherere.*" Finis: „*Hijs ammodo finem imponamus, quia iam thema nostrum sumus prosecuti. Jtem diximus, quem modum tenebimus in docendo, et uos tenebitis in audiendo. Rogemus igitur dominum, ut talem modum nobis tenere concedat, ut magnitudinem huius uoluminis*

27) Vd. supra Nr. XLVII. not. 21.

sic comprehendamus, sic eius auctoritati pareamus, ut eius vtilitates cum effectu percipere ualeamus. Ad honorem dei, Gloriose uirginis, Uictoriose crucis et omnium sanctorum. Ad honorem parentum et patrie et huius studij exaltationem, quod nobis et uobis prestare dignetur, Qui uiuit et regnat per omnia secula seculorum. Amen. Deo gratias, amen." De modo docendi auctor ita disserit (Fol. 70ᵃ. col. 2): „*Doctor igitur . . . . . . hunc modum tenebit in docendo: primo casum nude ponet, quasi factum recitando, ut sic intentio iuris super facto fundetur; nam, ut scitis, facta sunt fundamenta causarum, ff. de testamentoria tutela, duo sunt ticij* [30]. *Secundo litteram secundum casus positionem exponet, et hoc propter iuuenes et nouellos; tercio pro magis prouectis contrarietates, scilicet que prima facie apparent, recitabit, diuersitatum rationem assignando, quia in hoc uolumine nullum contrarium repperitur, ut jnfra eodem prohemio et C. de ueteri iure enucle. l. ii. §. contrarium* [15]. *Quarto glosas prosequetur hoc ordine: minutas leget modo debito et consueto, concordancias ibi positas dicto cuilibet adaptando, vbi uero fuerit inmensitas glosarum, intencionem earumdem summarie recitabit, et hoc propter tam habentes glosam quam non habentes, ut id, quod diffuse traditur in glosis, summatim memorie commendent, propter habentes, ut, mente glosarum retenta, correctioni apparatus liberius intendant. Hunc modum, hunc ordinem, dante domino, tenebo, si uobis placuerit, in docendo.*"

6) Fol. 71ᵃ . . . 97ᵇ, sec. XV: **Nepos de Montealbano**, libellus fugitivus. — Cf. Steffenhagen § 24. Nr. 2.

7) Fol. 98ᵃ . . . 102ᵃ, sec. XV: **Versiculi Decretorum.**

a) „*Jsti sunt versus super distinccionibus decretorum.*"

b) „*Jsti sunt versus super causas decretorum.*"

c) „*Versus de penitecijs.*"

d) „*De consecracionibus decretorum.*"

Subscriptio: „*Expliciunt versiculi decretorum.*"

8) Fol. 102ᵇ . . . 115ᵃ, sec. XV: **Bernardus**, margarita sive breviarium ad omnes materias in iure canonico inveniendas. Inscriptio nulla. Initium: „*UErborum sr'fiᵉ* [superfluitate] *resecata penitus, de talento credito vobis relinquo, socij* [alius mutavit *socijs*], *margaritam.*" Subscriptio: „*Explicit iste liber, scriptor sit crimine liber.*" Nomen auctoris et titulum, quae posui, suppeditat codex 49 [infra Nr. LXXXIII, 5].

9) Fol. 115ᵇ . . . 122ᵃ, sec. XV: Auctoris incerti **Tractatus de interdicto ecclesiastico.** Incipit: „*SCiendum, quod, quandoque vniuersis* [leg. universus] *populus, ciuitas uel terra.*"

10) Fol. 122ᵇ, sec. XV: **Praefatio in summam quandam iuris.** Incipit: „*Jn nomine patris et filij et sss. Amen; principium omnium rerum est deus.*" Finit: „*Ad notitiam ergo legum habendam, que constringit vitas hominum, debet quilibet anhelare, ne per iuris ignorantiam a rectitudinis tramite deviare cogatur. Hanc igitur summam sive tractatum etc.*"

11) Fol. 123ᵃ . . . 129ᵃ, sec. XV: **Bonaguida**, summa introductoria advocatorum. — Cf. Steffenhagen §. 25.

LVII.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 127, 11¼" altus et 8¼" latus.

1) Fol. 2ᵃ . . . 2ᵇ: „[N]*Ota octo turpitudines seu species turpitudinis, que comittuntur a mulieribus et quandoque a viris, de quibus solus Episcopus uel ipsius comissarius habet absoluere.*"

2) Fol. 3ᵃ . . . 96ᵇ: **Innocentius IV**, summa de poenitentia. Inscriptio: „*Incipit summa Innocencij magni de penitecia.*" Initium: „*Cum miseraciones domini sint super omnia opera eius.*" Finis: „*Et hec ad presens de penitentia dicta sufficiant, ut supra.*" Subscriptio nulla. Cf. Lambecii commentar. de

August. bibl. Caesar. Vindobon. Lib. II. Edit. alt. Opera et stud. Ad. Franc. Kollarii. Vindob. 1769. fol. col. 650, 651. Nr. CXXXIV; Irmischer, Handschriften-Katalog der Königl. Universitäts-Bibl. zu Erlang. Nr. 824, 2. Fol. 97 et 98 vacant.

3) Fol. 99ª . . . 115ª: **Statuta synodi Pragensis provincialis a. 1355** (ab Arnesto de Pardubic, Pragensi Archiepiscopo I [28]), celebratae). Excusa sunt in Schannatii et Hartzheimii collect. Concil. German. Tom. IV. Colon. Aug. Agripp. 1761. fol. pag. 381 . . . 405.

4) Fol. 115ª . . . 125ª: „*Incipit Summula de tribus punctis essencialibus xpiane religionis.*"

LVIII.

22.
Aaa. 18.

Codex membranaceus, anni 1422, Foliorum 160, 13" altus et 10½" latus.

Fol. 1ª . . . 160ᵇ: **Bartholomeus Brixiensis**, casus Decretorum Benincasae reformati. Inscriptio nulla. Initium: „*Qoniam, suffragantibus antiquorum laboribus, ... Jdcirco ego Bartholomeus Brixiensis, inter studentes Bononienses minimus, Casus decretorum quondam a Benencasa compositos pro modulo scientie mee duxi in melius reformandos.*" Subscriptio: „*Expliciunt casus decreti.* *Anno domini* 1422. *Jn die donati episcopi et martyris.*"

LIX.

46.
Aaa. 45.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 32, 10" altus et 7½" latus.

Fol. 1ª . . . 32ᵇ: **Aegidius Fuscararius**, de ordine iudiciario. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 28. Nr. 4.

LX.

181.
Fff. 13.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 63, 9⅝" altus et 7" latus.

1) Fol. 1ª . . . 59ª: **Aegidius Fuscararius**, de ordine iudiciario. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 28. Nr. 3.

2) Fol. 59ª . . . 59ᵇ: „*SJ aduocatus uult in ardua causa eleganter proponere, potest in hunc modum suas fimbrias dilitare et incipere sic.*" Cf. infra Nr. LXII, 2.

3) Fol. 60ª . . . 63ᵇ: „*tractatus sancti thome ordinis predicatorum de forma absolucionis*" et „*Addiciones ex summa fratris Jo. ord. predicatoris.*"

LXI.

40.
Aaa. 41. I.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 79, 10¼" altus et 7" latus.

1) Fol. 1ª . . . 61ª: **Aegidius Fuscararius**, de ordine iudiciario.

2) Fol. 61ª . . . 66ª: **Innocentius IV**, de exceptionibus. Inscriptio nulla. Initium: „*Excipitur contra sigillum uel litteras.*" Subscriptio: „*Explicit liber de excepcionibus.*" Cf. Jäck, Beschr. der Bibl. zu Bamb. Tom. I. pag. 68. Nr. 517; Wunderlich in Zeitschr. für gesch. Rechtsw. Tom. XI. pag. 89; Laude, catalogue des manuscrits de la bibliothèque publique de Bruges. Nr. 381. pag. 322. Opusculum iam saepius in editionibus „Modi legendi abbreviaturas in utroque iure" impressum, Hain Vol. II. Pars I. Nr. 11479 . . 11488.

---

28) Vd. Palacky, Geschichte von Böhmen. Tom. II. Sect. II. Prag. 1850. 8º. pag. 249. pag. 259 init. pag. 269. not. 359. pag. 273. not. 368. pag. 345. not. 477. pag. 362, 363.

3) Fol. 66ª ... 79ᵇ: Auctoris incerti libellus de exceptionibus, qui dicitur **Contentio actoris et rei** [29]). Inscriptio et subscriptio desunt. Initium: „*Quidam litteras inpetrauit sub tali forma.*“ Finis: „*et hic* [leg. haec] *de exceptionibus et replicacionibus ad presens sufficiant.*“

LXII.

Codex membranaceus, ex diversis codicibus conflatus, Foliorum 161. 45. / Ass. 44.

Iuridica continet codex Fol. 79 ... 112 complectens, seculo XIV scriptus, 9" altus et 7¼" latus.

1) Fol. 79ª ... 112ª: **Aegidius Fuscararius**, de ordine iudiciario. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 28. Nr. 2.

2) Fol. 112ª ... 112ᵇ: „*Allegaciones aduocati in ardua causa. SJ aduocatus uult in ardua causa* [*allegare* (punctis suppositis deletum)] *eleganter proponere, potest in hunc modum suas fimbrias dilatare et incipere sic.*“ Cf. supra Nr. LX, 2.

LXIII.

Codex membranaceus, e tribus consutus, Foliorum 238. (Olim Domini Tilonis.) 39. / Ass. 40.

A) Codex I, Fol. 1 ... 139, seculi XIII exeuntis vel XIV ineuntis, 9⅝" altus et 7¼" latus.

1) Fol. 1ª ... 55ᵇ: **Martinus de Fano**, notabilia Decretorum. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 22. Fol. 56 vacat.

2) Fol. 57ª ... 139ª: **Martinus de Fano**, notabilia Decretalium. — Cf. Steffenhagen §. 23.

B) Codex II, Fol. 140 ... 223, seculi XIV, 8¼" altus et 5⅝" latus.

1) Fol. 140ª ... 218ᵇ: **Nicolaus de Anesiaco** [30]), tabula Decretalium i. e. Decretalium Gregorii IX et Libri Sexti Bonifacii VIII. Inscriptio: „*Jncipit tabula super decretales ffratris N. de Auellaco* [sic] *ord'. f. p.* [ordinis fratrum predicatorum].“ Prologus incipit: „[S]*Jcut spiritualia et temporalia differunt*“ et exit: „*et tamquam gratus ora pro fratre N. de auelsiaco* [sic] *de ordine fratrum predicatorum, qui non solum pro se, sed pro multis aliis in hoc opere larauit* [leg. laborauit], *ad iuuante deo, cui est honor et gloria per omnia secula seculorum AmeN.*“ Principium tabulae: „[A]*bbates tenentur respondere pro conuentibus suis.*“ Subscriptio: „*Explicit tabula super decretales et cetera.*“ Cf. Quetif Tom. I. pag. 549. col. 1, 2.

2) Fol. 218ᵇ ... 223ᵇ: **Nicolaus de Anesiaco**, tabula Clementinarum. Inscriptio: „*Incipit tabula supra septimum.*“ Initium tabulae: „[A]*bbatissa se* [leg. Abbatisse si] *debeant benedici.*“ Subscriptio: „*Explicit tabula, dominus petrus de lubkegensis. Eplicit* [leg. Explicit] *tabula super septimum ff.* [fratris] *N. de auesiaco* [31]) *ord'. fratrum predicatorum etc.* [sequebantur aliquot verba nunc erasa]. *Explicit li* [nonnulla erasa]. *Finito libro, laus et gloria xpo.*“ Cf. Quetif Tom. I. pag. 549. col. 2.

C) Codex III, Fol. 224 ... 238, seculi XIV, 8" altus et 5⅝" latus.

Fol. 224ª ... 237ª: **Nicolaus de Anesiaco**, tabula Decretorum. Inscriptio vel subscriptio nulla. Prooemium incipit: „[S]*Aluatoris gratia misericorditer adiuuante, posquam* [leg. postquam] *super decretales fuit per me fratrem N. predicatorum ordine tabula consummata,* [ad marginem *multorum instantia*] *stimulatus, manum misi ad tabulam decretorum.*“ Initium tabulae: „*Abbates, post* [leg. postquam] *benediccionem ab episcopo receperunt.*“ Hanc tabulam Quetif non novit.

---

29) Vd. supra Nr. XLVII. not. 21.

30) Sic a patria nuncupatus, oppido scilicet Arverniae: Quetif Tom. I. pag. 549. col. 2. vers. 29 sqq.

31) Quetif Tom. I. pag. 549. col. 2: „Hujus auctoris meminit Simlerus, sed corrupte nomen ejus scribit . . . . . . Sic enim habet: *Nicolai de Avessiaco tabula secundum ordinem alphabeti in decretales Clementinas.*“

LXIV.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 106, 14⅜" altus et 9¾" latus. („*Dis buch gap der kompthur zcu danczk her Beldersheim unserm homeister hn' pauels von Rusdorff Jm xiiij^C vnd xxvij Jor binnen den Achtagen Epiphanie domini Am*")

1) Fol. 1ᵃ...99ᵃ: **Bernardus Botonus** sive **Parmensis** († 1266), casus longi in Decretales Gregorii IX. In inscriptione falso ponitur „*a magistro bernardo parisiensi*" pro parmensi.

2) Fol. 99ᵃ... 102ᵃ: **Bernardus Compostellanus iun.**, casus [vel lectura?] in Decretales Innocentii IV. Inscriptio: „*Incipiunt noue constitutiones b'. de Rescriptis.*" Initium: „*Cum in multis, casus: papa existens in concilio lugdunensi didicit ex relatione multorum.*" Subscriptio: „*Expliciunt casus bernardi super nouis constitutionibus.*" Hoc Bernardi opusculum idem esse videtur, quod Oudinus Tom. III. col. 246 in bibliotheca S. Victoris Parisiensis Lit. O. 9. Fol. 219 manu scriptum se vidisse dicit.

3) Fol. 103ᵃ... 106ᵇ: **Ioannes de Deo,** liber iudicum. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 14.

LXV.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 223, 12⅞" altus et 9¾" latus.

1) Fol. 1ᵃ...40ᵇ: Auctoris incerti **Inventarium Decretalium Gregorii IX.** Idem, quod supra Nr. XIX, 1.

2) Fol. 40ᵇ...41ᵇ: **Aegidius,** repetitio ad cap. 42. X. de elect. (1, 6). Cf. supra Nr. XV, 3.

3) Fol. 42ᵃ...223ᵃ: **Bernardus Botonus** sive **Parmensis,** casus longi in Decretales Gregorii IX.

LXVI.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 212, 10¾" altus et 7¾" latus.

1) Fol. 2ᵃ...208ᵃ: **Bernardus Botonus** sive **Parmensis,** casus longi in Decretales Gregorii IX.

2) Fol. 208ᵃ...211ᵇ: Auctoris incerti (an Bernardi Compostellani iun.?) **Notabilia Decretalium Innocentii IV.** Incipiunt: „*De Rescriptis. Cum in multis iuris; primo dicitur, quod per hanc generalem clausulam quidam alii.*"

LXVII.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 230, 8½" altus et 5¾" latus.

Fol. 2ᵃ...229ᵇ: **Bernardus Botonus** sive **Parmensis**, casus longi in Decretales Gregorii IX.

LXVIII.

Codex membranaceus, seculi XIII exeuntis vel XIV ineuntis, Foliorum 38, 9¼" altus et 6⅞" latus. („1542. *Ex Arce Topia.*")

Fol. 4ᵃ...38ᵇ: **Bernardus Botonus** sive **Parmensis,** summa iuris canonici. Inscriptio: „*Summa Bernhardj. Liber primus de Judicibus.*" Initium: „*Formauit hominem deus ad ymaginem et similitudinem suam.*" Finis: „*quia coherere et coniungi non possunt, quibus studia sunt diuersa: xvi. q. vij. Jn nona actionem* [leg. actione]." Subscriptio nulla. Inter Fol. 26 et 27 duodecim Folia exciderunt. Cf. supra Nr. LII, 2.

LXIX.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 196, 10¹/₄" altus et 6³/₄" latus. 43. / Aaa. 42.

Fol. 1ᵃ . . . 196ᵃ: **Guilielmus de Caneto** sive **Papiensis**, casus in Decretales Gregorii IX. Inscriptio: *„Incipiunt casus decretalium Magistri Will. papien."* Initium: *„Cum ab initio seculi deus."* Inferius: *„Ideoque ego magister Guill's. de caneto, papien'. ac canon'. pap'., ad honorem dei et studentium utilitatem casus in ista noua compilatione decretalium pro ut utilius* [superne additur *sub*] *breuitate, qua potui, fideliter compilaui, secundum quod ipse decretales sunt per titulos ordinate."* Subscriptio:

„Finit, amen, finit; qui scripsit, scribere quiuit.
Quibit et is idem scribere, quod precor idem.
Qui uia est uite, det nobis uiuere rite,
Detque deus utinam frederico hoc bene vti. Amen."

LXX.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 200, 8¹/₄" altus et 5³/₄" latus. 117. / Bbb. 43.

Fol. 1ᵃ...132ᵇ: **Martinus Polonus**, margarita Decreti. Cf. praesertim Oudin. Tom. III. col. 545, 546 et Quetif Tom. I. pag. 363. col. 1. — Quae sequuntur, ad ius non spectant.

LXXI.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 514, 10¹/₄" altus et 7¹/₂" latus. 36. / Aaa. 37.

1) Fol. 1ᵃ . . . 500ᵃ: **Ioannes Friburgensis** (Lector), summa confessorum. In principio habetur eadem nota, quae apud Sartium Tom. I. Pars I. pag. 327. not. h e codice Vaticano eruta exstat: *„Nota, quod lector iste iohannes ante compilationem huius summe confessorum fecerat thabulam super summam Raymundi et apparatum eius* [32]*), Verificationem quoque seu declarationem plurium, que in ipsa summa et glosa ipsius habentur, Nec non et quemdam libellum specialem de questionibus casualibus, cui libello hunc prologum preposuit. Et quia de prioribus hijs opusculis mentio fit in sequenti prologo, Ideo ad intellectum illius prologi hunc illi iudicauit preponendum."* Sequitur cum inscriptione: *„Prologus fratris iohannis, lectoris, in priorem libellum questionum casualium"* prologus primus, qui incipit: *„Quoniam dubiorum noua cottidie difficultas emergit"*, deinde cum inscriptione: *„Incipit prologus eiusdem fratris iohannis, lectoris, in summam confessorum"* secundus prologus, qui incipit: *„Saluti animarum et proximorum utilitati."* Hunc excipit index Titulorum. Denique sequitur opus ipsum cum inscriptione: *„Incipit summa confessorum compilata a fratre johanne, lectore ordinis fratrum predicatorum."* Subscriptio: *„Explicit tractatus de matrimonio, et finitur per consequens quasi in iiij libros distincta tota summa confessorum."*

De tempore huius summae accuratius inquirendum est. Oudinus Tom. III. col. 733 init. (cf. col. 734) eam circa annum 1310 vel 1320 Ioannem scripsisse censet. At apparet ex prologo infra (Nr. 2) exhibito, summam confessorum ante promulgatum Librum Sextum Decretalium i. e. ante annum 1298 compilatam

---

32) Ne intelligas, ut est apud Sartium l. c.: *fecerat apparatum summae Raimundi*, sed: *fecerat tabulam super summam Raimundi et super apparatum eius*. Cf. quae supra notavi not. 16.

esse. Praeterea Ioannes in prooemio quarti summae libri Raimundum de Pennaforte mortuum appellat: *„ordinem titulorum, quem felicis recordationis pater noster, frater Raymundus, in suo de matrimonio tractatu tenuit“*, ex quo eum incepisse summam ante Raimundi mortem i. e. ante annum 1275 collegerim.

2) Fol. 501ᵃ...514ᵇ: *„Incipiunt statuta summe confessorum ex sexto decretalium addita, quantum pertinere uidentur ad materiam eiusdem summe, ac sub eisdem titulis et numero questionum.“* Deinde: *„Prologus. Ne libri, qui de summa confessorum iam scripti erant, appositione statutorum a domino Bonifatio, summo pontifice, nuper in suo sexto libro decretalium collectorum, de nouo editorum destruerentur, aut fructus ex eorum noticia animalibus proueniens negligeretur, presertim cum huiusmodi sine suo et aliorum periculo confessor ignorare non possit: utile iudicaui in fine ipsius summe sub titulis eiusdem summe et eodem ut plurimum questionum numero, in quibus incidunt, de ipsis statutis tantum apponere, quantum sufficere uidebitur ad noticiam confessorum. Hoc tamen sciendum, quod dominus papa memoratus multa, que ante a doctoribus et in hac summa et in alijs scriptis posita erant, et de quibus aliquociens etiam oppiniones erant diuerse et sententie incerte, in predicto sexto libro per iuris expressionem redegit ad certitudinem, ut in huiusmodi de cetero non liceat uacillare.“* Ad calcem auctor dat *„propter materie generalitatem et utilitatem“* totum Libri Sexti Titulum de regulis iuris. Subscriptio: *„Explicit compendiosa collectio quorumdam statutorum ex sexto decretalium addita ad summam confessorum.“* Cf. Irmischer, Handschriften-Katalog der Königl. Univ.-Bibl. zu Erlang. Nr. 420, b; Laude, catalogue des manuscrits de la bibl. publ. de Bruges. Nr. 229.

LXXII.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 169, 10½" altus et 7½" latus.

1) Fol. 1ᵃ...168ᵃ: **Ioannes Friburgensis** (Lector), manuale collectum de summa confessorum. Huius compendii mentionem facit Quetif Tom. I. pag. 525. col. 1. Cf. Laude, catalogue Nr. 230.

2) Fol. 168ᵃ...169ᵇ: *„Propter generalem utilitatem materie in fine huius operis regulas iuris communes et quedam alia subiunxi“* etc.

LXXIII.

Codex membranaceus, anni 1344, Foliorum 270, 9⅝" altus et 6" latus.

Fol. 1ᵃ...269ᵇ: **Ioannes Friburgensis** (Lector), manuale collectum de summa confessorum. In fine: *„Completus est liber iste per manus conradi de meydeborch sub anno natiuitatis domini Millesimo ccc⁰ xliiij⁰, Jn diuisione omnium apostolorum. Nobilis est ille, quem nobitat* [leg. nobilitat] *sua uirtus. Amen.“*

LXXIV.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 104, 12½" altus et 8" latus. (*„Liber Jo hamel, Can. Sambien., quem dedit sibi frater Jo. hamersdorf, presbyter ordinis et in Memota Conuentualis. Anno domini 1415.“*)

1) Fol. 2ᵃ...103ᵇ: **Guilielmus Durantis**, repertorium aureum sive breviarium.

2) Fol. 104 ex alio seculi XIII codice, qui Authenticum continebat, desumptum, sed perverse a compactore insutum est. Etenim Fol. 104ᵇ incipit in fine cap. 3. Nov. 1: *„[co]gitare et agere et non cogitantem recte“*, et Fol. 104ᵃ abrumpitur in fine cap. 2. Nov. 2: *„et hec lex in utraque sit posita.“*

LXXV.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 406, 16" altus et 11⅛" latus.

1) Fol. 2ᵃ...54ᵃ: **Guilielmus Durantis**, repertorium aureum sive breviarium.

2) Fol. 54b ... 55b: Additiones ad speculum et ad repertorium Durantis et alia.

3) Fol. 56a ... 370b: **Guilielmus Durantis**, speculum iudiciale, cum indice Rubricarum repertorii et speculi.

4) Fol. 371a ... 379b: **Guilielmus de Ferrariis**, summa libellorum super Tit. Inst. de act. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 33. Nr. 1.

Bethmann-Hollweg, Grundriss zu Vorlesungen über den gem. und Preuss. Civilproz. Ed. III. Bonn. 1832. 8°. pag. 15 i. f. hanc summam Ioanni Petro de Ferrariis attribuit. Cf. Hänel, catalogi libror. manuscriptor. col. 970. vers. 4.

5) Fol. 379b ... 383a: **Petrus de Bellapertica**, brocarda. — Cf. Steffenhagen §. 13.

6) Fol. 383a ... 388b: **Bartholomeus Brixiensis**, brocarda Damasi correcta. — Cf. Steffenhagen §. 5. Nr. 1.

7) Fol. 389a ... 400a: **Ioannes Bononiensis**, summa notariatus. — Cf. Steffenhagen §. 44.

8) Fol. 400a ... 402b: **Martinus de Fano**, de testamentis. — Cf. Steffenhagen §. 21.

9) Fol. 402b: Additiones in speculum Durantis.

10) Fol. 403a ... 405a: Auctoris incerti **Repetitio ad §. 9. Inst. de iure nat.** Inscriptio vel subscriptio nulla. Initium: „*Ex non scripto ius uenit (uenit), quod usus utentium conprobauit; iste § est signatus inst'. de iure naturali, gentium et ciuili.*" Finis: „*et hec sufficiant. Jte cum deo.*"

LXXVI.

7. / Aaa. 7.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 259, 16⅝" altus et 10¼" latus. (Olim Ordinis Theutonici in Prussia.)

Fol. 2a ... 258b: **Guilielmus Durantis**, speculum iudiciale.

LXXVII.

170. / Fff. 2.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 276, 15½" altus et 11" latus.

1) Fol. 2a ... 273a: **Guilielmus Durantis**, speculum iudiciale. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 30. Nr. 2.

Inter speculi Libr. 2 et 3 in Fol. 182b ... 183a interiecta est **Odofredi** repetitio ad c. 1. Cod. de dilat. (3, 11), quae incipit: „*Quoniam plerumque euenit; lex ista dicit tria*", et cui subscriptum est: „*Od'.*"

2) Fol. 273a ... 274a: Quaestiones variae, in his quaestio **Thomae de Piperata** et quaestio **Francisci Accursii**. — Cf. Steffenhagen §. 29, §. 8.

3) Fol. 274b: **Dini** quaestio. — Cf. Steffenhagen §. 12.

4) Fol. 274b ... 275b: **Ioannes Faselus**, de causis summariis. — Cf. Steffenhagen §. 27 et in Jahrb. des gemeinen deutsch. Rechts. Tom. III. Nr. 16.

LXXVIII.

15. / Aaa. 10.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 17, 15¾" altus et 10⅞" latus.

Fol. 1a ... 17b: **Guilielmus de Mandagoto** († 1321), libellus electionum (per modum textus et glossarum ordinatus [33]). Initio mutilus incipit codex in fine Tit. „*Infra quod tempus est electio presentanda*" (vd. cod. 26 [infra Nr. LXXXI, 9] Fol. 167a) a verbis: „[prosecu]*tione iuris sui preiudicium generatur.*" In fine unum Folium periit, ita ut pauca textus verba desint; apparatus autem nihil desideratur.

33) Sarti Tom. I. Pars I. pag. 408; Trithemius, catalogus scriptor. eccles. Colon. 1531. 4°. Fol. XCVII a init.

LXXIX.

1271. / Yy. 51.

Codex ex tribus seculi XV codicibus conflatus, Foliorum 53.

Ad ius pertinet codex II, Fol. 25 . . . 40, membranaceus, 10³/₄" altus et 6³/₄" latus

1) Fol. 25ª . . . 36ᵇ: **Berengarius Fredoli** († 1323 [34]), de excommunicatione. Inscriptio: „*Incipit liber domini berengarij cardinalis, in quo continentur omnes casus tocius iuris, in quibus quis ipso iure est excommunicatus, atque vniuersitas, ciuitates, castrum, villa seu alius locus, ecclesie altaria et cimiterium jpso iure sunt interdicta, violata seu polluta, et habes hic iura sexti decretalium et non ultra.*" Initium: „*BErengarius, miseracione diuina Episcopus Biterrensis, venerabilibus in xpo fratribus abbatibus, pastoribus, ecclesiarum rectoribus et Cappellanis, constitutis in Ciuitate ac dyocesi Biterrensi, Salutem in domino sempiternam. Quoniam excommunicatos non uitare tam communicantibus quam excommunicatis periculosum existit.*" Paulo post: „*Jdcirco nos berengarius, minister humilis ecclesie biterrensis,* [inser. ad] *omnium tam clericorum quam laycorum nostrorum precipue subditorum vtilitatem,* [supra versum additur *et*] *vt excommunicationis et interdicti laqueos valeant euitare, casus totius iuris, quibus excommunicationis sententia incurritur ipso facto, Eos etiam, in quibus vniuersitas, uel Ciuitas, castrum, villa seu locus alius ipso iure subicitur ecclesiastico interdicto, presentibus duximus inserendos, volentes, quod huius* [leg. huiusmodi] *casus excommunicationis et interdicti, quatenus laycos nostre dyocesis tangunt, bis saltim in anno inchoando a prima dominica, que post singulas synodos nostras occurrent, particulariter, prout cuiusque presbyteri discrecioni uidebitur expedire, per cunctas parochiales nostre dyocesis ecclesias publicentur.*" Subscriptio: „*explicit.*"

2) Fol. 36ᵇ . . . 37ª: Auctoris incerti additio. Incipit: „*Postquam predictos casus collegit quondam dominus bitturicensis, inueniuntur aliqui in diuersis constitutionibus editi, postquam vjº liber dec'. extitit compilatus; qui casus et vnde sumantur inferius annotantur.*" In fine: „*finit hec compilacio jn vigilia Sancti Johannis Baptiste.*"

LXXX.

16. / ?

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 216, 14¹/₄" altus et 9¹/₄" latus.

1) Fol. 2ª . . . 4ª: **H. de Carrolis,** de appellationibus Initium: „*UEnerabili patri in xpo, domino B. dei gracia sancte marie in aq'ro dyacono cardinali, h. de carrol'., doctor legum, licet indignus, cum omni reuerencia hunc tractatum de appellationibus decreto uestre beniuolentie roborand'. De appellationibus. IN nomine domini nostri Jhu xpi, inter curas curie appellationum thol'e hoc tempore multipliciter inuolutus, ut non cespitando, sed firmo pede procederem, sic in vᵉ* [quinque] *partes disposui hanc materiam pertractare.*"

2) Fol. 4ª . . . 15ª: **Guilielmus de Ferraris,** summa libellorum super Tit. Inst. de act. Vd. quae notavi supra Nr. LXXV, 4. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 33. Nr. 2.

3) Fol. 16ª . . . 33ᵇ: **Guilielmus de Mandagoto,** libellus electionum (per modum textus et glossarum ordinatus [35]).

4) Fol. 34ª . . . 128ª: **Guido de Baisio,** glossa in Librum Sextum Decretalium Bonifacii VIII.

5) Fol. 128ª . . . 146ª: **Dinus,** apparatus super regulis iuris in Sexto. — Cf. Steffenhagen §. 11.

6) Fol. 147ª . . . 216ª: **Ioannes Monachus,** glossa in Librum Sextum Decretalium Bonifacii VIII.

---

34) Sarti Tom. I. Pars I. pag. 409 i. f., 410 init.
35) Vd. supra Nr. LXXVIII. not. 33.

LXXXI.

Codex membranaceus, e diversis seculi XIV codicibus conflatus, Foliorum 241, 11¾"...12¾" altus et 8"...9¼" latus. (Olim Capituli Sambiensis.) 26. Aso. 22.

1) Fol. 1ª...2ᵇ: **Stephanus** (Episcopus Parisiensis), errorum plurimorum in theologia et philosophia condemnatio (a. 1277). Eam, prout legitur in Bibliotheca Patrum, edidit C. E. du Boulay, historia universitatis Paris. Tom III. Paris 1666 fol. pag. 433...443.

2) Fol. 3ª...87ª: **Nicolaus de Auesisco**, tabula Decretalium i. e. Decretalium Gregorii IX et Libri Sexti Bonifacii VIII. Inscriptio vel subscriptio nulla. Prologus incipit: „*JN nomine domini amen. Sicut spiritualia et temporalia differunt*" et finit: „*et tquam* [tamquam] *gratus ora pro fratre N. de q'ssisto* [sic] *de ordine fratrum predicatorum, quia non solum pro se, sed pro multis in hoc libro laborauit, adiuuante deo, cui est honor et gloria in scula* [secula] *seculorum amen.*" Initium tabulae: „*ABbates tenentur respondere pro conuentibus suis.*" Cf. supra Nr. LXIII, B, 1.

3) Fol. 87ᵇ...91ᵇ: **Nicolaus de Auesiaco**, tabula Clementinarum. Inscriptio nulla. Initium: „*ABbtisse si debeant benedici.*" Subscriptio: „*Explicit tabula super septimum.*" Cf. supra Nr. LXIII, B, 2.

4) Fol. 91ᵇ...104ᵇ: **Nicolaus de Auesisco**, tabula Decretorum. Inscriptio nulla. Initium prologi: „*Saluatoris gratia misericorditer adiuuante, postquam super decretales fuit per me fratrem N.* [supra versum additur *de*] *predicatorum ordine tabula consummata, multorum instancia stimulatus, manum misi ad tabulam decretorum.*" Tabula incipit: „*Abbates, postquam ab episcopo benedictionem receperint.*" Cf. supra Nr. LXIII, C.

5) Fol. 104ᵇ...108ª: **Ioannes de Deo**, Decretum abbreviatum. Inscriptio nulla. Initium: „*AD tocius lib'. decretorum intelligentiam nota utilem et ualde breuem doctrinam. Nam totus liber distinctus est in tres partes.*" Subscriptio: „*Explicit*" et paulo post: „*Explicit doctrina ualde utilis de decreto. Gloria tibi, domine.*"

6) Fol. 108ª...119ᵇ: **Bartholomeus Brixiensis**, brocarda Damasi correcta. — Cf. Steffenhagen, Beitr. § 5. Nr. 2.

7) Fol. 120ª.. 120ᵇ: **Prophetia contra monachos mendicantes.** Inscriptio vel subscriptio nulla. Initium: „*In illo tempore prophetauit hilldigardis dicens: Jnsurgent gentes.*" Finis: „*Tunc dicet populus: Jte, peccatores, scientiam viarum vestrarum nolumus.*" Hanc prophetiam Abrahamus Bzovius, annal. ecclesiast. Tom. XV. Colon. Agripp. 1622. fol. pag. 465 col. 2 Nr. XXXIX ex pervetusto codice sub nomine S. Hildegardis eruit, auctores autem Actor. Sanctor. Martii Tom. I. Venet. 1735. fol. pag. 667. col. 2. not. b eam confictam reiiciunt; cf. etiam Fabric. Lib. VIII in voc. Hildegardis de Alemannia, qui Bzovii textum repetivit.

8) Fol. 121ª...151ª: Varii indices in Libros legum, iussu Bartholomei de Radam, Episcopi Sambiensis [36]), conscripti. In Fol. 131ª haec nota legitur: „*Anno domini M° CCC° lxxij° Frater Bartholomeus de radam, Episcopus Sambiensis, conparauit istud registrum cum libris ad illud spectantibus s.* [scilicet] *Digestum vetus, Inforciatum, Digestum nouum, Codex, Instituta duos libros, Autentica, Constituciones Frederici. Et predictos libros dedit capitulo suo. Omnes legentes in illis, Orate deum pro eo.*"

9) Fol. 152ª...192ᵇ: **Guillelmus de Mandagoto**, libellus electionum (per modum textus et glossarum ordinatus [37]).

---

36) Gebser, Gesch. der Domkirche zu Königsb. und des Bisth. Saml. Regiom. 1835. 8°. pag. 140...155.
37) Vd. supra Nr. LXXVIII. not. 33.

10) Fol. 193ª ... 202ª: Rubricae Corporis iuris civilis et versus memoriales in Decretales Gregorii IX.

11) Fol. 202ᵇ ... 213ᵇ: Auctoris incerti **Tabula Libri Sexti Bonifacii VIII.** Inscriptio: „*Incipiunt tituli sexti libri cum Registro super eodem secundum ordinem alphabeti.*" Initium: „*ABbas exemptus potest in episcopum elegi.*" Subscriptio nulla.

12) Fol. 214ª ... 220ª: **Ioannes Calderinus,** summa de appellatione. Inscriptio: „*Summa Johannis caldrini de appellacione.*" Initium: „*Uiso de hijs, que fiunt in iudicijs, et tandem de sententia est videndum et de remedijs, quibus litigantes in iudicijs releuantur.*" Subscriptio: „*Explicit summula de appellacione edita per dominum Johannem caldrinum.*"

13) Fol. 220ª ... 225ª: **Ioannes Andreae,** repetitio ad cap. 25. X. de iure patron. (3, 38). Inscriptio: „*De Jure patronatus.*" Initium: „*Nobis; casus: ex construccione ecclesie facta de auctoritate dyoc'. ius patronatus acquiritur.*" Subscriptum est: „*Johannes Andree.*"

14) Fol. 225ª ... 229ᵇ: **Ioannes Andreae,** repetitio ad cap. 30. X. de rescript. (1, 3). Inscriptio: „*De rescriptis.*" Initium: „*Capitulum; Casus: Si plures inpetrant in eadem ecclesia, statmus date, ut primus inpetrans preferatur et solus recipiatur.*" Subscriptum est: „*Johannes Andree.*"

15) Fol. 230ª ... 236ª: Indices auctorum et librorum in Vincentii Bellovacensis speculum historiale.

16) Fol. 236ᵇ ... 238ᵇ: **Ioannes de Deo,** concordantia Decreti et Decretalium. Inscriptio: „*Incipit liber decretalium et in concordancijs decretorum ad omnem materiam inveniendam.*" Initium: „*DE constitucionibus tractatur.*" Subscriptio nulla. Vd. Steffenhagen, Beitr. §. 17.

17) Fol. 238ᵇ ... 241ᵇ: Varii indices Rubricarum et capitulorum Corporis iuris canonici, qui habentur etiam supra Nr. LIII, 9.

LXXXII.

1081. / Xx. 12. — Codex membranaceus, seculi XV, Foliorum 62, 14³/₈" altus et 9¹/₂" latus. („*et frater petrus hofeman comparauit presens volumen ecclesie sue sambiensi; legentes id* [illud] *orent deum pro eo.*")

1) Fol. 1ª ... 1ᵇ: **Clementis V Constitutio** „[E]*Xiui de paradyso*" [cap. 1. de verb. signif. in Clem. (5, 11)]. Abrumpitur his verbis: „*Nos autem considerantes actente.*"

2) Fol. 1ᵇ ... 2ᵇ: **Nicolai III Constitutio** „[E]*xijt, qui seminat*" [cap. 3. de verb. signif. in 6to (5, 12)]. Finit mutila: „*nisi ea specialiter de nostro seu ipsius romane ecclesie recipiantur assensu.*"

3) Fol. 3ª ... 38ª: Auctoris incerti **Repertorium iuris canonici,** ex ordine Titulorum Decretalium Gregorii IX dispositum. In principio et inter Fol. 30 et 31 nonnulla Folia desunt. Ultimus Titulus de poenis est. Subscriptio: „*finito libro, sit laus et gloria cristo. AmeN.*" In theca: „*Repertorium Juris Guidonis.*"

4) Fol. 39ª ... 42ª: Auctoris incerti **Tractatus de dispensatione Episcoporum** inc.: „[N]*unc de episcoporum dispensacione subiciamus, ad cuius materie euidentiam clariorem primo enumerabimus casus in iure scriptos, in quibus eis a iure permittitur dispensare et ius commune relaxare, Conr* [Contra] *vero illos, in quibus prohibentur dispensare, vltimo quid iuris sit de hac materia, supponemus*" et **Tractatus de dispensatione Papae** inc.: „*Nunc breuiter dicendum est de dispensatione domini pape.*"

5) Fol. 43ª ... 50ᵇ: **Nicolaus de Anesiaco,** tabula Decretorum. Prologus desideratur, item inscriptio et subscriptio. Initium: „*Abbas, postquam benedictionem ab episcopo recepit.*" Cf. supra Nr. LXIII, C.

6) Fol. 51ª ... 62ᵇ: Auctoris incerti **Summa de casibus.**

a) Casus, in quibus promoti merito deponuntur.

b) „*Casus utriusque iuris, in quibus est quis infamatus.*"

c) „*De dispensacionibus.*"
d) „*De penitentijs.*"
e) „*Aureum confessorum et memoriale sacrorum et sacerdotum.*"
f) „*Que sunt consideranda in quolibet peccato, et qualiter debet esse penitencia.*"
g) „*Regule magistrales sanctorum patrum.*"
h) „*De moralibus et venialibus peccata* [leg. peccatis], *et qualiter se debet habere confitens et is, cui confitetur.*"
i) „*Cui sit confitendum.*"
k) „*Pro quibus culpis et penitentiis est quis ad episcopum mittendus.*"
l) „*De penitentia.*"
m) „*Jn hijs casibus peccantes mittendi sunt ad episcopum.*"
n) „*Hee sunt penitentie a canone diffinite.*"
o) „*De sententia excommunicacionis, suspensionis et interdicti.*"
p) „*Casus, in quibus aliquis est ipso iure excommunicatus.*"
q) „*Casus, in quibus est aliquis excommunicandus.*"
r) „*Casus, in quibus est quis ipso facto suspensus.*"
s) „*Casus totius iuris, in quibus aliquis est suspendendus.*"
t) „*De verborum significationibus.*"
u) „*Hee sunt irregularitates, que impediunt promouendos.*"
v) „*Hee sunt irregularitates, que deiciunt iam promotos.*"

LXXXIII.

Codex membranaceus, seculi XV, Foliorum 36, 9³/₄" altus et 6⁵/₈" latus. („1542. *Ex Arce Tapia.*")

1) Fol. 1ᵃ . . . 11ᵇ: Auctoris incerti **Distinctiones in Decretales Gregorii IX.** Incipiunt: „*De consuetudine. DE consuetudine, super c. Cum tanto. Si queritur, quando et que consuetudo sit seruanda.*"

2) Fol. 11ᵇ . . . 16ᵇ: Auctoris incerti **Distinctiones in Decretales Gregorii IX.** Inscriptio: „*Jncipiunt di.* [distinctiones] *alie utiles, de constitutionibus Rubrica, super dec'.* [decretali] *Cum omnes.*" Initium: „*CJrca statuta facta a capitulo Jta dist'.* [distingue]: *aut res, de quibus fit questio, possidentur ut plures, aut ut capitulum.*" Subscriptio: „*Expliciunt distinctiones vtiles et bone. Amen.*"

3) Fol. 17ᵃ . . . 29ᵇ: Auctoris incerti **Notabilia Libri Sexti Bonifacii VIII.** Incipiunt: „*BOnifacius viij*ᵘˢ *sacrosancte etc., reuocat omnes constitutiones antecessorum suorum.*"

4) Fol. 29ᵇ . . . 33ᵇ: **Ioannes Andreae**, summa super quarto Libro Decretalium.

5) Fol. 33ᵇ . . . 36ᵇ: **Bernardus**, margarita sive breviarium ad omnes materias in iure canonico inveniendas. Inscriptio: „*Jncipit breuiarius ad omnes materias in jure canonico inueniendas, qui margarita bernhardj appellatur.*" Initium: „*UErborum superfluitate penitus resecata, de talento credito uobis relinquo, socij, margaritam.*" In fine nonnulla desunt. Cf. Jäck, Beschreibung der Bibl. zu Bamberg. Tom. I. pag. 32. Nr. 201, 202; Hänel, catalogi libror. manuscript. col. 555 init. C. V. 35.

LXXXIV.

Codex membranaceus, seculi XV, Foliorum 161, 12³/₄" altus et 9" latus.

1) Fol. 1ᵃ . . . 156ᵇ: Auctoris incerti **Inventatorium pauperum** sive **Tabella Decretorum.** Inscriptio nulla. Praefatio incipit: „*BEatus homo, qui inuenit sapientiam, et cui affluit prudencia.*" Paulo post: „*Sed sunt*

non pauci, qui eis etiam venditis omnibus, que possident, non sufficerent thesauri emere huius voluminis agrum, voluminis videlicet decretorum. Jdcirco ego minorum minimus voluntarios amplector [*lectores* (punctis suppositis deletum)] *labores, ut quietem subditis et alijs pauperibus preparem*" et inferius: „*Ad laudem igitur domini ihu et beate marie semper uirginis et beati patris nostri ffrancisci et ad utilitatem pauperum clericorum, ut pro me deum deprecentur, hunc presentem libellum studiose compilaui et humiliter censui appellari Jnuentatorium pauperum siue tabellam decretorum.*" Initium tabulae: „*Aaron et moyses primi et summi dicti sunt sacerdotes.*" Subscriptio: „*Et sic est finis huius tractatuli, laus sit et honor ihu xpo. Amen.*" Sex Folia exciderunt inter Fol. 52 et 53, decem inter Fol. 64 et 65, unum inter Fol. 151 et 152.

2) Fol. 156ᵇ ... 161ᵇ: Auctoris incerti **Tabula Libri Sexti Bonifacii VIII.** Incipit: „*Abbas, qui ex priuilegio apostolico habet.*"

LXXXV.

113. / Bbb. 40.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 317, 10¾" altus et 7¾" latus.

1) Fol. 1ᵃ ... 300ᵃ: Auctoris incerti **Inventatorium pauperum** sive **Tabella Decretorum.**

2) Fol. 300ᵃ ... 308ᵃ: Auctoris incerti **Tabula Libri Sexti Bonifacii VIII** inc.: „*Abbas, qui ex priuilegio appostolico habet.*"

3) Fol. 308ᵇ ... 312ᵇ: Indices verborum in Inventatorium pauperum et in Tabulam Libri Sexti.

4) Fol. 313ᵃ ... 314ᵃ: Versus memoriales in Decretales Gregorii IX.

5) Fol. 314ᵇ ... 317ᵃ: Explicatio scripturae compendiorum.

6) Fol. 317ᵇ: **Ioannes de Deo**, concordantia Decreti et Decretalium. Desinit in Libro secundo. Vd. Steffenhagen, Beitr. §. 17.

LXXXVI.

110. / Bbb. 37.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 338, 11" altus et 8¼" latus. („*Liber Johannis hamel, quem in officio sui officialatus in Gdanczk comparauit, de diuersis libris ipsum in hoc volumen collegendo.*")

1) Fol. 1ᵃ ... 311ᵇ: Auctoris incerti **Inventatorium pauperum** sive **Tabella Decretorum.**

2) Fol. 312ᵃ ... 320ᵃ: Auctoris incerti **Tabula Libri Sexti Bonifacii VIII** inc.: „[A]*bbas, qui ex priuilegio apostolico habet.*" Ad calcem quinque versus hexametri:

„*Anno milleno c quater vj quoque deno*
Finem huius art. compleuerat v die mart.
Transacto festo pauli, semper memor esto,
Jn domo Johannis, qui Gdanczk fuit Officialis,
Hamel cognomine, cui el [sic] *da viuere bene.*"

3) Fol. 320ᵇ ... 325ᵇ: Exemplum diplomatis de pace cum Rege Poloniae et Duce Lituaniae facta a Paulo de Russdorf, Magistro generali Ordinis Theutonici, a. 1422 editi. Authenticum in Archivo regio custoditur (Voigt, Gesch. Preuss. Tom. VII. Regiom. 1836. 8°. pag. 449. not. 2).

4) Fol. 325ᵇ ... 331ᵇ: Auctoris incerti **Tractatus de spiritibus hominum.** Incipit: „[S]*Jcud in physica motus et operaciones referri consweuerunt ad formas tamquam ad principia inmediaciora, Jta in theologya motus et operaciones hominum atque eorum inchoaciones referuntur ad spiritus tamquam ad principia primarie mouencia.*"

5) Fol. 332ᵃ ... 334ᵇ: Auctoris incerti **Tractatus de excommunicatione.** Incipit: „*Sciendum est, quod dx* [duplex] *est ex°* [excommunicatio], *vna quo ad deum.*"

6) Fol. 335ª: **Concilii Constantiensis contra Petrum de Luna sententia.** Inscriptio: *„Copia sententie late contra Petrum de luna.“* Initium: *„DE vultu eius hoc Judicium prodeat, qui sedet Jn throno.“* Vd. Sacror. concil. nov. et ampliss. collect. Edit. noviss. Tom. XXVII. Venet. 1784. fol. col. 1141, 1142.

7) Fol. 335ᵇ: Versus hexametri et pentametri.

8) Fol. 336ª . . . 337ᵇ: **Martinus V**, Bulla indulgentiarum corporis Christi (a. 1429). Eam exhibuit Bzovius, annal. ecclesiast. Tom. XV. Colon. Agripp. 1622. fol. pag. 735. col. 2, pag. 736. col. 1 et, primis verbis praetermissis, Raynaldus, annal. ecclesiast. Tom. XVIII. Colon. Agripp. 1693. fol. pag. 75. col. 1, 2.

LXXXVII.

Codex chartaceus, paucis Foliis membranaceis intermixtis, seculi XV, Foliorum 360, 11¼" altus et 7⅝" latus. (*„Jste liber pertinet Johannj de Ast, plebano in antiquo opido Thurun, quem emit ipso die Marci ewan*ᵗᵉ [ewangeliste], *anno xlix⁰ pro iiij flor. vngar. et vna vlna pannj a* d[omino] *Mathya, predicatore tunc polono.“*)

112. / Bbb. 39.

1) Fol. 1ª . . . 5ª: **Ioannes Andreae**, summa de arbore consanguinitatis et summa de arbore affinitatis.

2) Fol. 5ª . . . 10ᵇ: **Ioannes Andreae**, summa super quarto Libro Decretalium. Subscriptio: *„Explicit summa de spon. quarti libri decretalium domini Johannis Andree, scripta per Johannem Rosener de zoraw, prepositum apud sanctum Georgium Thorun.“*

3) Fol. 11ª . . . 279ª: Auctoris incerti **Inventatorium pauperum** sive **Tabella Decretorum.** Praefatio orditur: *„Omnia in memoria habere“*, omissis reliquis inde a verbis: *„Beatus homo“* etc. (vd. supra Nr. LXXXIV, 1). Subscriptio: *„Explicit summa huius tabule siue directorij Juris per manus Johannis Rosener de Soraw, prepositi sancti Georgij extra muros thorun, Culmensis diocesis. Completus ibidem Anno domini M⁰ cccczxx iiij, die mercurij xlij mensis Marcij.“*

4) Fol. 279ᵇ . . . 287ᵇ: Collectanea varii argumenti. Fol. 288 et 289 vacua sunt.

5) Fol. 290ª . . . 320ª: Auctoris incerti **Breviarium Decreti.** Inscriptio nulla. Initium: *„PRima docet leges fore divinas humane* [leg. hominumque].*“* Subscriptio: *„Explicit ydelecon, alio nomine directorium super decretum. Et dicitur ydelecon quasi plana veritas. Scriptum et completum Thor. per manus Johannis Roseneri de Soraw, feria tercia ante Johannis baptiste, Anno domini M⁰ ccccxxxiiij⁰.“*

6) Fol. 320ᵇ . . . 346ᵇ: *„Excerpta de collect. diuersarum materiarum Magistri Mathei de Cracouia, doctoris sacre theologie.“*

7) Fol. 346ᵇ . . . 350ᵇ: De Psalterio.

8) Fol. 351ª . . . 355ª: **Ioannes de Deo**, concordantia Decreti et Decretalium. Vd. Steffenhagen, Beitr. §. 17.

9) Fol. 355ª . . . 357ᵇ: *„Secuntur diffiniciones rubricarum.“* Cf. infra Nr. LXXXIX, 22.

10) Fol. 358ª . . . 360ª: Varia nullius momenti.

LXXXVIII.

Codex membranaceus, seculi XV, Foliorum 144, 9¾" altus et 6⅞" latus. (Olim Capituli Sambiensis.)

44. / Ass. 43.

Fol. 1ª . . . 144ᵇ: Auctoris incerti **Inventatorium pauperum** sive **Tabella Decretorum.** Opus in hoc codice ad tertiam fere partem redactum est.

LXXXIX.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 268, 12" altus et 8¼" latus.

1) Fol. 1ᵃ...56ᵃ: Auctoris incerti **Breviarium Decreti.** Inscriptio: „*Jncipit decretum abreuiatum, in quo sensus planis et breuibus uerbis atque tota vis et intencio continetur, omnes distincciones et omnia capitula et cuiuslibet capituli questiones, solucio determinata, pro ut secundum magistrum gracianum determinantur in decretis. Jn primis videlicet liber decretorum diuiditur in tres partes: prima vocatur distincciones, 2ª vocatur capitula, 3ª de consecracione.*" Initium: „*Humanum genus duobus regitur, videlicet iure naturali et moribus.*" Subscriptio: „*Anno etc. lxxi*°. *Jn die sancti Jacobi.*"

2) Fol. 56ᵇ...59ᵃ: **Aureae Bullae Caroli IV** capitula in Curia Metensi promulgata.

3) Fol. 59ᵇ...64ᵃ: Auctoris incerti **Tractatus de interdicto ecclesiastico.** Inscriptio nulla. Initium: „*Sciendum, quod, quandoque vniuersitas, populus, ciuitas uel terra.*" Subscriptio: „*Explicit de interdicto tractatulus anno etc. lxxj*°." Cf. supra Nr. LVI, 9.

4) Fol. 65ᵃ...81ᵃ: **Nepos de Montealbano,** libellus fugitivus. — Cf. Steffenhagen, Beitr. § 24. Nr. 1.

5) Fol. 81ᵇ...82ᵇ: Variae formulae.

6) Fol. 83ᵃ...85ᵇ: „*AD honorem dei et gloriose virginis, matris sue, de vsu pal Ad honorem Jncipit summula breuis edicionis, que tempore interdicti prohibentur et que non.*"

7) Fol. 86ᵇ...89ᵇ: **Ioannes Andreae,** summa super quarto Libro Decretalium. Subscriptio: „*finis huius anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo, in oppido Bud.*"

8) Fol. 90ᵃ...91ᵇ: **Ioannes Andreae,** summa de arbore consanguinitatis et summa de arbore affinitatis.

9) Fol. 92ᵇ: „*De materia Cessionum nota.*"

10) Fol. 93ᵃ...95ᵃ: **Innocentius IV,** de exceptionibus. Inscriptio: „*Jncipit Summa exceptionum composita a domino Jnnocencio papa quarto.*" Initium: „*Excipitur contra literas uel sigillum.*" Subscriptio nulla. Cf. supra Nr. LXI, 2.

11) Fol. 95ᵃ: „*Sequitur de Jnstrumentis notariorum.*"

12) Fol. 95ᵇ: „*Dubia perpulchra.*"

13) Fol. 96ᵃ...100ᵃ: Auctoris incerti **Tractatus de matrimonio.** Inscriptio: „*De contrahendo matrimonio et contracto Tractatus Optimus.*" Initium: „*Quid, si quis dicat: volo te de cetero habere in uxorem.*"

14) Fol. 101ᵃ...105ᵇ: Auctoris incerti **Tractatus de processu iudiciario.** Incipit: „*QVuia citatio est fundamentum ordinis iudiciarii, de citacione est videndum.*"

15) Fol. 106ᵃ...112ᵃ: **Fredericus Petruccius sive de Senis,** de permutationibus beneficiorum. Inscriptio: „*Jncipit tractatus de permutacionibus editus a domino ffrederico de Senis, Doctore decretorum excellentissimo.*" Initium: „*[I]N practica seruatur, quod clerici volentes permutare.*" Subscriptio nulla. Hain Vol. II. Pars II. Nr. 12847...12849, Vol. I. Pars I. Nr. 2237.

16) Fol. 112ᵃ...113ᵇ: **Berengarius Fredoli,** de absolutione ad cautelam. Inscriptio: „*Tractatulus Berengarii, Episcopi Bitterenensis, De absolutione ad cautelam etc.*" Initium: „*AD euidentiam materie absolucionis ad cautelam nota, quod beneficium absolucionis.*" Subscriptio nulla.

17) Fol. 113ᵇ...114ᵇ: **Extravag. Ioannis XXII** „*Execrabilis*" et **Benedicti XII** „*ad regimen ecclesie generalis.*"

18) Fol. 114ᵇ...115ᵃ: **Ioannes Calderinus,** distinctiones duae.

19) Fol. 117ª...148ª: **Nicolaus de Tudeschis**, processus iudiciarius. Inscriptio nulla. Initium: *„REx pacificus cunctorum causa effectiua et finalis.“* Subscriptio: *„Finis huius processus.“*

20) Fol. 149ª...158ᵇ: Indices Rubricarum Corporis iuris civilis. Fol. 159 et 160 vacant.

21) Fol. 161ª...162ᵇ: **Ioannes de Deo**, concordantia Decreti et Decretalium. Vd. Steffenhagen §. 17.

22) Fol. 162ᵇ...164ª: *„Jncipiunt expositiones titulorum. Et primo primi libri decretalium.“* Cf. supra Nr. LXXXVII, 9.

23) Fol. 164ᵇ...166ᵇ: **Bonaguida**, de dispensationibus. — Cf. Steffenhagen §. 26.

24) Fol. 167ª...167ᵇ: **Ioannes de Eberhausen**, quaestio. Incipit: *„Quidam laicus vxoratus, P. nomine, sanus mente, licet eger corpore, sciens se mortalitati subiectum, suam vltimam ordinauit et disposuit voluntatem.“* Ad calcem: *„H. Joh. Eberhusen de Gottigen, arcium magister et Decretorum Doctor.“* Fol. 168 et 169 vacua sunt.

25) Fol. 170ª...170ᵇ: Auctoris incerti **Tractatus de arbore affinitatis**. Inscriptio: *„Circa arborem Affinitatis.“* Initium: *„Racio ordinis, quare scilicet materia arboris consanguinitatis precedit materiam arboris affinitatis, patuit supra circa diffinicionem Consanguinitatis.“*

26) Fol. 171ª...173ᵇ: *„Jncipit tractatus de penitentia propter furta, homicidia etc. occidendorum. Et qualiter confessor se erga tales habere debeat, ut saluenter* [leg. saluetur].“ Fol. 174 vacat.

27) Fol. 175ª...194ᵇ: **Ioannes Nivicellensis**, concordantiae bibliorum et iuris canonici in vetus testamentum. Inscriptio: *„Jncipit concordantia Juris canonici in vetus testamentum.“* Initium: *„JN principio creauit deus celum et terram.“* Cf. supra Nr. LIV, 5.

28) Fol. 194ᵇ...213ᵇ: **Ioannes Nivicellensis**, concordantiae bibliorum et iuris canonici in novum testamentum. Inscriptio: *„Jncipit concordantia biblie et iuris canonici, tam Decreti quam Decretalis, in nouum testamentum.“* Cf. supra Nr. LIV, 5.

29) Fol. 214ª...266ª: Auctoris incerti **Tabula iuris canonici**. Inscriptio nulla. Initium: *„ABbas. Abbatis electio spectat ad monachos eiusdem monasterij de iure communi.“* In fine additur anni nota: „1475.“

XC.

Codex mixtus, seculi XV, Foliorum 278, 11¾“ altus et 8½“ latus. („1542. *Ex Arce Tapia*.“) — 96. / Bbb. 24.

1) Fol. 1ª...5ᵇ: **Ioannes Andreae**, summa de arbore consanguinitatis et summa de arbore affinitatis.

2) Fol. 6ª...6ᵇ: *„De cognacione spirituali, li. vj.“* Fol. 7 vacat.

3) Fol. 8ª...278ᵇ: Auctoris incerti **Inventarium Decreti**. Inscriptio nulla. Initium: *„AAA, triplicatum A in scriptura significat humilitatem, qua quis propriam recognoscat ignoranciam, ex°* [exemplo] *Jeremie d. q. j in scripturis* [cap. 9. C. 8. Q. 1].“ Subscriptio: *„Et sic est finis, de quo xpus sit benedictus in secula seculorum Amen.“*

XCI.

Codex mixtus, seculi XV, Foliorum 532, 11“ altus et 7⅞“ latus. — 890. / LII. 8.

Fol. 1ª...532ᵇ: Auctoris incerti **Vocabularius iuris** Latino-Germanicus. Primus articulus orditur: *„FEodum Dat is leengud efte eyne vorligghunge vnbewechlikes dinges efte ligghender grünt, de vmme man-*

schop vnde huldunghe wille is gescheen, Alse dat rechtt sprekt in deme v boke De Symonya, Ex diligenti." Initium ultimi articuli: „[Z] *Elus dat is (is) afgunst vnd nydicheit.*" In fine:

„*Explicit liber iste, sit t'. laus rex glorie x'.*
C si ponatur, et as sibi consociatur,
Par quoque iungatur, qui scripsit, ita vocatur."

Ad fontes libri, quod attinet, adhibuit auctor Institutiones, Digesta, Codicem et Authenticas Codicis, Libros Feudorum, Gratiani Decretum, Decretales Gregorii IX, Librum Sextum Decretalium, Clementinas atque diversos scriptores tum iuris canonici tum theologicos.

XCII.

11. / ?

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 133, 15⁵/₈" altus et 9³/₄" latus. („*Anno domini Millesimo Trecentesimo lxxiij° Frater Bartholomeus, episcopus sambiensis, comparauit istam lecturam super inforciatum et dedit eam capitulo suo. Orate pro eo.*")

Fol. 2ᵃ ... 133ᵃ: **Raînerius de Forlivio,** lectura sive additiones super Infortiato (a. 1334). — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 40.

XCIII.

24. / Aaa. 20.

Codex membranaceus, seculi XV, Foliorum 195, 13¹/₄" altus et 9³/₄" latus.

Fol. 1ᵃ ... 195ᵇ: **Bartholomeus de S. Concordio,** summa casuum conscientiae sive Pisana (a. 1338). Inscriptio nulla. Initium: „*QVoniam, ut ait gregorius super ezechielem.*" Subscriptio: „*Finita est hec Summa pysana in vigilia Sancti Stanislay per venerabilem dominum Jacobum, Scriptorem minoris Ciuitatis.*" Tum ab alia manu eadem nota, quae est in codice Brugensi (Laude, catalogue des manuscrits de la bibl. publ. de Bruges. Nr. 388) et in libro a. 1475 impresso (Hain Vol. I. Pars I. Nr. 2528): „*Consumatum fuit hoc opus in ciuitate pysana per fratrem bartholomeum ordinis predicatorum, doctorem decretorum, Anno domini M° ccc° xxx° viij°, die mensis decembris, tempore sanctissimi patris et domini, domini benedicti pape duodecimi; predictus autem frater bartholomeus, compositor huius libri optimi, obijt Anno domini M° ccc° xl° vij°, secunda die Julij, cuius anima requiescat in pace. Amen.*"

XCIV.

109. / Bbb. 36.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 237, 11¹/₂" altus et 8¹/₂" latus.

Fol. 3ᵃ ... 236ᵃ: **Bartholomeus de S. Concordio,** summa casuum conscientiae sive Pisana.

XCV.

99. / Bbb. 28.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 232, 11³/₄" altus et 8¹/₂" latus.

Fol. 1ᵃ ... 232ᵃ: **Bartholomeus de S. Concordio,** summa casuum conscientiae sive Pisana.

XCVI.

423. / C. B. 141.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 305, 11¹/₄" altus et 8¹/₄" latus.

Fol. 2ᵃ ... 303ᵇ: **Bartholomeus de S. Concordio,** summa casuum conscientiae sive Pisana.

XCVII.

Codex membranaceus, anni 1350, Foliorum 267, 9¼" altus et 6⅞" latus.

1) Fol. 2ª ... 250ª: **Bartholomeus de S. Concordio**, summa casuum conscientiae sive Pisana. Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Finito libro, sit laus et gloria xpo. Jn anno ipsius xpi M° CCC L. Jn vigilia Sancte Trinitatis.*"

2) Fol. 250ª ... 267ª: **Simon de Borastona**, de ordine iudiciario. „*JNCJPJT Prohemium in sequens opusculum de ordine iudiciario circa crimina corrigenda. Corripiet me.*" Finis: „*Completa est hec compilacio in domo fratrum predicatorum ordinis, Ozonie, prouincie Anglie, Anno domini M° ccc* 38, *Mense Augusti, ad honorem domini nostri ihu xpi, pontificatus domini pape benedicti* 12 *Anno* 4, *cuius correccioni in hijs et in dictis meis omnibus humiliter me submitto. Si quis scire voluerit, quis hoc breue opusculum compilauit, coniungat ordinate ad inuicem litteras miniatas et inuenire poterit qualitatem operis et nomen cum cognomine compilantis.*" Tum: „*Explicit*" et: „*Hic liber finitus est Anno, quo et precedens, feria tercia infra octavam corporis xi.*" Literis miniatis coniunctis, haec efficiuntur:

COMPILACIO FD[leg. R]ATRIS SIMONIS DE BORASTONA.

Cf. Fabric. Lib. XVIII in voc. Simon Burneston et ibi citatos.

XCVIII.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 155, 10⅛" altus et 7¾" latus.

Fol. 2ª ... 155ª: Auctoris incerti **Formularium Instrumentorum**. Primum locum (Fol. 2 ... 35) obtinent formulae, in quibus Benedictus Papa XII nominatur, et quarum nonnullis annus 1338 subscriptus est. Auctor Bononiae si non scripsisse, at saltem vixisse videtur, quia saepius urbem Bononiam et, ubi de beneficiorum renunciatione explicat (Fol. 98ª), beneficium fori scholaribus Bononiensibus competens [38]) commemorat: „*ET beneficium fori, quod competit scolaribus. Scolaris n.* [enim], *qui bononie moratur, subiectus est de Jure communi Jud'. Bon'., eo quod bononie habitat, sed per priuilegium potest declinare et dicere, quod uelit coram suo doctore conueniri, et huic beneficio potest renunciari.*"

XCIX.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 130, 8½" altus et 5⅞" latus.

1) Fol. 2ª ... 87ª: **Henricus de Merseburg sive de Magdeburg** [39]), summa Decretalium Gregorii IX. Inscriptio: „*Jncipit prologus de summa decretalium*" et paulo post: „*Jncipit summa fratris henrici de merseburch.*" Initium prologi: „*SJcut dicit lex de ueterj iure enucleanda* [leg. enucleando]: *omnium habere memoriam et penitus in nullo peccare Diuinitatis magis est, quam mortalitatis.*" Summa finit: „*Semper hec, que premissa sunt, breuitatis causa sufficiant, super operis inperfectione veniam postulans a lectore, et que corrigenda uiderit, corrigat et emendet et deo gracias agat. Amen dicant omnia.*"

---

38) Vd. Savigny Tom. III. pag. 170, 171, pag. 262. §. 97.

39) Ita vocatus, quia Lector fuit in urbe Magdeburg, vd. infra Nr. CII, 6.

Cf. Feller, catal. cod. msctor. bibl. Paulin. Lips. 1686. 12°. pag. 235. Nr. 13, pag. 242. Nr. 14 . . . 16, pag. 244. Nr. 30 . . . 32; Fabric. Lib. VIII. in voc. Henr. de Magdeburg; Hänel, catal. libror. manuscript. col. 557. lit. M; Blume in Rhein. Mus. für Jurispr. Tom. IV. pag. 371. col. 2. Ceterum hac summa usus est Ioannes Purgold in libro, quem de iure composuit, vd. Ortloff, Sammlung Deutscher Rechtsquell. Tom. I. Ien. 1836. 8°. pag. LVII et not. 154, Tom. II. Ien. 1860. 8°. pag. 179. VI, 15.

2) Fol. 87ª . . . 129ª: Auctoris incerti **Apparatus in summam Henrici de Merseburg.** Inscriptio vel subscriptio nulla. Initium: „*FEcit deus duo luminaria magna, Luminare maius, ut preesset diei, minus, ut preesset nocti.*" Finis: „*Quandoque tamen speciale derogat generali, ut dictum est supra in tytulo de rescriptis. AMEN.*" Cf. Feller l. c. pag. 235. Nr. 13, pag. 242. Nr. 15, pag. 244. Nr. 31, 32. Quis hunc apparatum fecerit, reperire non potui, neque tamen silentio praetereo, Fellerum apparatum summae Henrici semel Wilhelmo cuidam (pag. 235. Nr. 13), semel autem Henrico ipsi (pag. 244. Nr. 31) ascribere et bis sine auctoris nomine afferre (pag. 242 Nr. 15, pag. 244. Nr. 32).

C.

30. / Aaa. 29.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 120. 11¹/₄" altus et 8¹/₂" latus.

1) Fol. 1ᵇ . . . 66ª: **Henricus de Merseburg** sive **de Magdeburg**, summa Decretalium Gregorii IX.

2) Fol. 67ª . . . 77ᵇ: **Collectio quaestionum iuris canonici.** Prima incipit: „*Quidam habens uxorem condempnatus est de crimine capitali*", et ultima explicit: „*Item ecclesia recipiendo partem pensionis iuri suo ex toto renunciasse uidetur, extra de penis, suam, ff. in ost.* [sic] *A.*" Complures signatae sunt siglis „*B*", „*b*" vel „*G.*"

3) Fol. 77ᵇ . . . 97ᵇ: Auctoris incerti **Apparatus in summam Henrici de Merseburg.**

4) Fol. 98ª . . . 120ª: **Constitutiones Clementinae** et **Extravagantes Ioannis XXII** „*Suscepti regiminis*", „*Sedes apostolica*" et „*Execrabilis.*" In fine Extravagantium: „*Expliciunt constitutiones Johannis pape xxij Finite per manus N. in colbynse. Anno M° C°C°C° xviij° in vigilia Beati Jacobi, maioris apostoli.*"

CI.

47. / Aaa. 46. I.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 116, 9³/₄" altus et 6³/₄" latus [40]).

1) Fol. 3ª . . . 75ª: **Henricus de Merseburg** sive **de Magdeburg**, summa Decretalium Gregorii IX.

2) Fol. 75ª . . . 113ª: Auctoris incerti **Apparatus in summam Henrici de Merseburg.**

3) Fol. 113ª . . . 116ᵇ: **Collectio quaestionum iuris canonici.** Constat ex quaestionibus totidem et iisdem, atque supra (Nr. C, 2) indicata collectio, sed multo brevioribus et aliter ordinatis, ut sequens demonstrat tabula:

---

40) Thecae tabulae posteriori adhaeret Wladislai Lokietek, Regis Poloniae, diploma, quod in libello: Ein und dreissigster Jahres-Bericht der Gesellschaft für Pommersche Geschichte und Alterthumskunde. Stettin 1859. 8°. pag. 17 sqq. Nr. II editum est, sed multis vitiis typographicis ibi deformatur. En index vitiorum:

pag. 17.	vers. 3	infra	rex corrige: *regni.*
„ 18.	„ 5	supra	pari corrige: pac*i*.
—	„ 6	„	eorundem corrige: eorum*dem*.
—	„ 12	„	eos corrige: *n*os.
—	„ 13	„	sigillo corrige: sigill*i*.
—	„ 15	„	Gdanza corrige: Gdanz*k*.
—	„ 20	„	Gdanza corrige: Gdanz*k*.
—	—	„	ante Kalendas insere: *xii°*.

Quaest. in nostro cod.		Quaest. in cod. C.
1 . . . 4	=	1 . . . 4.
5 . . . 8	=	41 . . . 44.
9 . . . 44	=	5 . . . 40.

CII.

Codex mixtus, seculi XV, Foliorum 142 numeratorum, quibus praecedit unum Folium sine numero, $11^1/_4$" altus et $8^1/_4$" latus. 1108. / Xx. 39.

1) Fol. 1ᵇ...21ᵇ: **Ioannes Calderinus**, de ecclesiastico interdicto.

2) Fol. 21ᵇ...36ᵃ: „*Tractatus de sancta trinitate.*"

3) Fol. 36ᵃ...45ᵇ: „*Sequitur tractatus de spirituum discrecione.*" Idem, qui supra Nr. LXXXVI, 4.

4) Fol. 45ᵇ...46ᵇ: „*Incipit status mundi.*"

5) Fol. 48ᵃ...94ᵇ: **Henricus de Vrimaria**, tractatus decem praeceptorum, cum tabula. Inscriptio: „*Incipit tractatus xcem* [decem] *preceptorum editus a fratre heinrico de frimaria, ordinis sancti Aug°* [Augustini], *sacre theologie professore.*" Initium: „*Audi, israel, precepta domini et ea in corde tuo quasi in libro scribe, et dabo tibi terram fluentem lac et mel.*" Subscriptio: „*Explicit tabula per tractatum x preceptorum editum pro instruccione simplicium ad laudem dei et profectum animarum. Cui sit honor et gloria per infinita secula seculorum Amen, per me Joh. gilgenbrug* [leg. gilgenburg]." Cf. quae de hoc tractatu notavit Fabricius Lib. VIII in voc. Henricus de Vri i. f.

6) Fol. 95ᵃ...134ᵃ: Auctoris incerti **Casus in summam Henrici de Merseburg.** Initium: „*Labia sacerdotis custodiunt scientiam.*" A manu recentiori per errorem inscriptum est: „*M. Henrici de Merseburg, de ordine Minorum lectoris in Magdeburg, Summula juris canonicj.*" Facile patet, hunc errorem ortum esse ex his verbis nimis negligenter percursis (Fol. 95ᵇ. col. 1. vers. 16 sqq.): „*vt autem sacerdotibus pateat via ad scientiam iuris canonici, ideo hin. de merseburch, de ordine minorum, quondam lector in magdeburch, summulam iuris canonici, quam habemus pre manibus, communi vtilitati deseruiens compilat* [compilavit]." De operis occasione et institutione auctorem ipsum audiamus loquentem (Fol. 96ᵃ. col. 1 i. f.... Fol. 96ᵇ. col. 1 init.): „*Dum summam hinrici fratribus legerem et quosdam casus lectioni intersererem, quos textus eiusdem summule non habebat, fratres multimodis precibus ac inportunis instancijs me rogarunt, vt eosdem casus breuibus verbis ac simplicibus annotarem, quatenus fratres simplices ad planiciem eorumdem casuum pro expediendis pniam* [penitentiam] *prolixitatibus* [supra versum *penitentium proplexitatibus* (leg. perplexitatibus)] *recurrerent, qui non possent se ac confitententes* [leg. confitentes] *sibi in latebrosa silua iuris canonici aliquod expedire . . . . . . Igitur de textu decretalium et decretorum et de summis ac de aparatibus plurimorum magistrorum famosorum ac ualde nominatorum in iure canonico cum magno labore et crebris vigilijs quosdam casus, prout potui, collegi et certis titulis, prout eorumdem nature* [in margine *eiusdem michi*] *magis videbatur conuenire, annotaui, porro casus illos, qui in textu eiusdem summule habebantur, non posui, ut ostenderem, quot casus, quos adieci, sint eiusdem summule supplementum, plurimos quoque casus de diuersis titulis voluntarie obmisi, quia intencionis mee fuit solum communiores casus explicare, precipue i°s* [illos], *qui simplicibus confessoribus vtiles esse possent, siue in confessionibus aliorum audiendis siue pro consciencijs propriis seruandis. Sane, vbi circa eundem casum diuersi diuersa oppinantur, ibi opiniones singulorum explicare volui* [leg. nolui], *sed sufficit michi pro scientia mea ibi opinionem vnius magistri magis auctentici cum ipsius nomine ponere, vt, qui opinionem aliorum magistrorum defensare voluerint, mihi non detrahant nec contra me disputent, sed* [infra versum *contra*] *auctorem illius opinionis* [ad marg. *uel contra opinionem i°* (illius) *auctoris*], *cum quedam hic ponam non sentenciando, sed aliorum opiniones simpliciter recitando.*" Cf. Feller, catal. cod. msstor. bibl. Paulin. pag. 241. Nr. 8.

7) Fol. 134ᵇ ... 142ᵇ: „*Determinacio M. H. Bitterfelt prage ostendens, quod licite poss*ᵗ *cottidie communicari laycus deuotus.*"

CIII.

Codex mixtus, seculi XIV exeuntis, Foliorum 167, 11¾" altus et 8⅛" latus. („*Ex Arce Tapia.* 1542.")

1) Fol. 1ᵃ ... 123ᵃ: **Arnoldus de Proczano**, summula manualis dictaminum. Praefatio vel dedicatio incipit: „[R]*Euerendo in xpo patri ac domino suo, domino N.....* [Nankero], *diuina prouidentia Episcopo wrat., Arnoldus de proczano, suus wrat. Canonicorum Capellanus humilis et seruitor, cum recommendacione sui vtriusque hominis sospitante. Dum sollerter compotum inspicio et attente meorum cyrografum recenseo debitorum, euidenter invenio et agnosco Episcopali me curie wrat. pro multis beneficijs mihi prestitis debitorem, nimirum cum illa ab etate tenera tamquam pia mater me quasi continue aluerit vsque modo.*" Paulo inferius: „*Etenim, pater et domine Reuerende, qui dispositione diuina kathedre wrat. ecclesie tamquam benemeritus presidetis, ad honorem vestre reuerentie Sociorumque meorum quam plurimum instancia requisitus, Summulam manualem dictaminum, qua dicte wrat. Curie vestre stilus et officium notarie ornacius et facilius dirigatur, plane et lucide de diuersis hincinde collectam particulis compilaui; formulas enim et epistolas pro rerum et casuum exigentia primitus per me editas, quas tunc quidam ex socijs Curie consignarant et inordinate hincinde per cartas sparserant, exacti laboris studio recollegi, quas multis locis mendosas scriptorum vicio et corruptas debite correccionis lima percurri, et eisdem emendatis et resecatis superfluis quasdam nouas formulas, prout oportunum visum fuit, apposui, easque omnes quasi in vnum simul fasciculum colligatas in nostre summe opusculo per ordinem collocaui, vt ad illas absque labore Notario et lectori cuilibet sit recursus.*" Finis praefationis: „*Sane presens opusculum diuidi placuit in tres partes. Jn prima enim parte ponuntur formule, que per iuris induginem seu cause cognicionem quasi emēs* [eminentes?] *fieri consueuerunt, vt sunt Citaciones, Moniciones, Sententie excommunicacionis, suspensionis ac interdicti, diffinitive sententie et huiusmodi processuum forme. Jn secunda ponuntur Jnstrumentorum forme, que plerumque extra iudicium et preter iuris indaginem tam in ecclesia scit'* [? an *sat'* (satis)] *quam mundanis negocijs conceduntur, Nisi forsan interdum personarum, que literis huiusmodi indigent, examinacio requiratur, vt sunt formate Jnuesciture et huiusmodi Jnstrumenta. Jn tercia uero parte ponuntur forme epistolarum varie et diuerse, nunc in negocijs ecclesiasticis nunc in temporalibus, prout in wrat. Curia Episcopali frequenter occurrit, que sine cause cognicione frequencius et extra iudicium fieri consueuerunt. Sic igitur, ut ternario numero compleatur huius libelli nostri leccio, tamquam trinitatis cultor et assecla sum contentus, profecto cum in trinitate perfeccio demonstretur.*" In fine summulae: „*Anno dominj M° ccc° lxxviij°, Proximo die Sabbati Post Epyphaniam domini. Esto dator palme pugili inesto pater alme.*" De aetate eius non potest esse dubitatio. Nam, quum Nankero, Episcopo Vratislaviensi, quem a. 1327 de ecclesia Cracoviensi ad Vratislaviensem translatum esse et a. 1341 obiisse constat [41]), dedicata sit, non post annum 1341 confecta est, quamquam in extrema parte I duo diplomata habet, alterum a. 1363 (vel a. 1373?) editum (Fol. 51ᵇ ... 52ᵃ), alterum a. 1364 (Fol. 55ᵃ). De auctore autem haec reperi apud Stenzelium (Scriptor. rerum Siles. Tom. I. pag. 163. not. 1): „Am 7. Mai 1321 sprachen Heinrich v. Baruth u. Arnold v. Proczano,

---

41) Vd. Chronica Principum Poloniae in Stenzelii Scriptor. rerum Siles. Tom. I. Vratisl. 1835. 4°. pag. 162, 163; Catalog. Episcopor. Vratisl. ibid. Tom. II. Vratisl. 1839. 4°. pag. 134.

als Verweser des Bisthums Breslau in spiritualibus das Patronatrecht über die Kirche in Hundsfeld dem Vincenzstifte in Breslau zu, und erscheinen in Urkk. v. 22. Oct. 1321, und v. 19. Dec. 1325." Sed hactenus, plura exspectare licet a Wattenbachio, quem summulam nostram sua manu transcripsisse compertum mihi est.

2) Fol. 123ᵇ . . . 125ᵇ: **Eberhardus de Seyne**, privilegium Culmense renovatum (a. 1251). Desinit in verbis: „*Quoniam igitur hoc priuilegium per nos, fratrem Ebirhardum de Seyne.*"

3) Fol. 126ᵇ . . . 127ᵃ: „[C]*Ollegium Sancte Rom. ecclesie Cardinalium dilectis eiusdem ecclesie filijs, Canonicis et Capitulo ecclesie wratislauiensis, Episcopali sede vacante, Salutem et desideratum gaudium in domino sempiternum.*"

4) Fol. 127ᵃ . . . 128ᵇ: Literae a Cardinalibus Ultramontanis contra Urbanum VI circum universos Christi Fideles dimissae (9. Aug. a. 1378). Exstant in Raynaldi annal. eccles. Tom. XVII. Colon. Agripp. 1691. fol. pag. 23. col. 1. §. 48 . . . pag. 24. col. 2. §. 50. Cf. Spondani annal. eccles. Tom. I. Lugd. 1678. fol. pag. 601. col. 2 . . . pag. 602. col. 1.

5) Fol. 129ᵃ . . . 129ᵇ: „*Litera missa per Gebenensem, nunc se nominando clementem papam vij procur. Ordinis Theutunicorum*" (26. Nov. a. 1378).

6) Fol. 130ᵃ . . . 131ᵇ: „[U]*RBANUS Episcopus, seruus seruorum dei, Venerabili fratri . . Episcopo . . et dilectis filijs, warmiensis et Sancte Crucis vratislauiensis ecclesiarum decanis, Salutem et Apostolicam benediccionem*" (2. Iun. a. 1378).

7) Fol. 131ᵇ . . . 159ᵇ: Epistolae et diplomata varia.

8) Fol. 160ᵇ . . . 166ᵃ: De electionibus formulae.

CIV.

Codex mixtus, seculi XV, Foliorum 159, 11³/₄" altus et 8¹/₄" latus. 102. Bbb. 31. II.

Hic codex praecedentis apographon est et in Fol. 3ᵃ . . . 159ᵃ eadem continet, quae supra Nr. 1 . . . 7 recensuimus.

CV.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 138, 17¹/₄" altus et 11¹/₄" latus. (Olim Capituli Sambiensis.) 8. Aaa. 8.

Fol. 1ᵃ . . . 138ᵃ: **Ioannes Andreae**, Novella in Sextum. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 37.

CVI.

Codex membranaceus, seculi XV, Foliorum 141, 7³/₄" altus et 5¹/₄" latus. 61. Aaa. 59.

1) Fol. 1ᵃ . . . 34ᵇ: **Quaestiones**, quarum prima orditur: „*Queritur, si sbam* [substantiam] *dei vnquam aliquis uiderit*" et **Quaestiones de Sacramento eucharistiae**, cum indice.

2) Fol. 35ᵃ . . . 37ᵇ: „*Cause libri decretorum*" ex **Ioannis de Deo** Decreto abbreviato.

3) Fol. 37ᵇ . . . 42ᵃ: **Ioannes Andreae**, summa super quarto Libro Decretalium.

4) Fol. 42ᵇ . . . 43ᵃ: **Ioannes de Deo**, Decretum abbreviatum, sine causis (vd. supra Nr. 2).

5) Fol. 44ᵃ . . . 100ᵃ: **Ioannes Calderinus**, casus summarii in Decretales Gregorii IX. Inscriptio vel subscriptio nulla. Initium: „*GRegorius episcopus . . . . . . Rex pacificus. Summa huius cap. est, quia gregorius iiijor facit.*" Nomen auctoris offert codex 111 (vd. infra Nr. CXIX, 2).

6) Fol. 100ᵃ ... 128ᵃ: **Ioannes Andreae,** casus breves in Librum Sextum Decretalium. Inscriptio: „*Incipiunt casus super sextum decretalium Johannis andree; prologus.*“ Initium: „*Sacro sancte. Jn libro ito* [isto], *quem sextum nominandum duxit.*“ Subscriptio: „*Expliciunt casus breues domini Jo. andree super sexto. Deo laus amen.*“ Cf. Feller, catal. cod. msector. bibl. Paulin. pag. 234. Nr. 10; Laude, catal des manuscr. de la bibl. publ. de Bruges. Nr. 366.

7) Fol. 128ᵇ ... 130ᵃ: Versus memoriales in Decretales Gregorii IX.

8) Fol. 130ᵇ ... 131ᵇ: Auctoris incerti **Tractatus de modo citandi Corporis iuris tam canonici tam civilis.** Idem, qui supra Nr. LIII, 6.

9) Fol. 131ᵇ ... 134ᵃ: Indices Rubricarum Decretalium Gregorii IX, Libri Sexti Decretalium et Clementinarum. Habentur etiam supra Nr. LIII, 9 et Nr. LXXXI, 17.

CVII.

97.
Bbb. 25.

Codex chartaceus, nonnullis Foliis membranaceis intermixtis, anni 1430, Foliorum 295, 11½" altus et 8¼" latus.

Fol. 1ᵃ ... 295ᵃ: **Laurentius Paldeucus,** breviarium Decreti. Praefatio: „*Superat fulgorem omnium metallorum, ut legitur in Canon. xcvi di., duo sunt. Sic et profunda scienscia sacre maiestatis domini Roberti, Jerl'm* [Hierusalem] *et Scicilie regis illustris* [42]*, irradiata fulgoribus in omni genere scripturarum superat scientiam omnium principum, qui sunt et fuerunt in toto orbe terrarum a tempore Salomonis et Dauid, illustrium principum beatorum . . . . . . Et ideo maiestas ipsa pro augmento sue scientie affectans transcurrere librum aureum decretorum, qui inter ceteros liberos* [leg. libros] *mundi preter Bibliam obtinet principatum, eo quod inter ceteras ibi tocius xpianitas* [leg. xpianitatis] *norma seu regula continetur, michi Laurencio puldeuco, clerico Neap'., Jnter decretorum doctores minimo, ipsius maiestatis consiliario et familiari, viua voce mandauit, ut ruris fructum eiusdem libri decretorum tam ex tex. quam ex glo. assumendum* [leg. assumendo] *in unum volumen abbreuiatum debere conponere festinanter, cum fructus tantummodo scripturarum secundum basil*[ium] *debent memorie conmendare. Demencia enim secundum eum est superuacua adiscere in tanta temporis egestate. Sed ego dns* [leg. dcis (dictis)] *mandatis humilime reuerenter obedio que* [leg. reuerenterque obedio], *tamquam ille, qui a dicta manifeste* [leg. maiestate] *habeo* [add. omne] *bonum, illico incepio bedire eisdem mandatis volens hunc presentem librum decreti breuiarium appellari. Sub invocacione igitur diuini nominis ih'u xpi incipio hoc modo.*“ In fine: „*Liber dominj Ambrossij Cleynhoupt de Bisschoffwerder*“, tum: „*Explicit liber, qui dicitur Breuiarius Decretorum, finitis* [leg. finitus] *Jn Studio Lipczen. Per me Johannem Cistificis. Sub Anno dominj Millesimo ccccxxx° ipso Die Sancte Luce ewangeliste, Pro quo deus sit benedictus in Secula Seculorum Amen.*“

CVIII.

75.
Bbb. 5.

Codex chartaceus, anni 1439, Foliorum 298, 15¼" altus et 11⅛" latus. (In fronte tabella variis coloribus picta, 4¾" alta et 6⅞" lata, Imperatorem et septem Electores exhibens.)

1) Fol. 1ᵃ ... 295ᵃ: Auctoris incerti **Commentarius in Institutiones.** Inscriptio nulla. Initium: „*Uigilate; legitur enim: si vigilaui, meliorem condicionem meam feci, quia ius ciuile violantibus* [leg. vigilantibus] *scriptum est, ff. qui* [leg. quae] *in frau. cre., l. pupillus in fi.*“ Subscriptio: „*Explicit presens liber, per*

42) Regnavit ab a. 1309 usque ad a. 1343, vd. Giannone, bürgerl. Gesch. des Königreichs Neapel in XL Büchern. Dritter Band. Herausgegeben und mit einer Vorrede begleitet von J. F. le Bret. Lips. 1768. 4°. Lib. XXII.

scriptus per hermannum ppti clericum hildesemensis diocesis atque completus Basilee tempore generalis concilii, Anno domini Millesimoquadringentesimo tricesimonono, die Jouis vndecima Junij, hora decima uel quasi."

2) Fol. 295ᵇ ... 298ᵃ: **Baldus de Ubaldis,** super Inst. Tit. de empt. et vend. (3, 23), de obl. quasi ex contr. (3, 27), per quas pers. nob. obl. acq. (3, 28), quib. mod. obl. toll. (3, 29). Excripta haec sunt e Baldi ad Institutiones commentario.

CIX.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 128, 13" altus et 9¼" latus.

1) Fol. 1ᵃ ... 89ᵃ: Auctoris incerti **Lectura super Institutionibus,** in Studio Bononiensi a Matthia Schüneman de Gdanczk conscripta. In principio pauca desunt; incipit enim codex ad prooem. Inst. §. 3 a verbis: „*Circa leges se habuit. Et dicit: Audi, fily, Conposito C. et ff., Nolumus adhuc quiescere.*" Singuli lecturae Libri subscriptionibus instructi sunt, quae codicis originem illustrant:

I) Fol. 18ᵇ: „*Finis primi libri. Hunc librum primum finiui secundo die Julij. Sequitur secundus de Rerum diuisione.*"

II) Fol. 40ᵃ: „*Et sic est finis Secundi libri Jnstitucionum. quem librum summa cum diligencia Jn die sancte margarete Ego matthias Schuneman de ciuitate gdanczk, pro tunc antiquissimi ac famosissimi studij bononiensis Studens, proprijs manibus conscripsi. Nunc sequitur tercius De hereditatibus, que ab intestato deferuntur. Et Jncepi xiij die mensis Julij.*"

III) Fol. 65ᵃ: „*Explicit tercius liber Jnstitucionum, quem ego matthias Schüneman proprijs manibus bononie conscripsi Jn vigilia Sancti donati que finiui.*"

IV) Fol. 89ᵃ: „*Explicit qvidam tractvs* [leg. tractatus] *vtilis et pvlcherrimus circa materiam Jnstitvcionvm bononie.*"

2) Fol. 90ᵃ ... 109ᵇ: **Joannes Calderinus,** de ecclesiastico interdicto.

3) Fol. 109ᵇ ... 111ᵇ: „*Jncipit Quidam tractatus Super materia Jrregvlaritatis.*"

4) Fol. 112ᵃ ... 121ᵇ: **Fredericus Petruccius sive de Senis,** de permutationibus beneficiorum, cum additionibus Lapi Tucti. Panzirolus, de claris leg. interpret. Cura Hoffmanni. Lips. 1721. 4°. Lib. III. cap. XXIV. pag. 342 i. f.; Hain Vol. II. Pars II. Nr. 12847 ... 12849.

5) Fol. 122ᵃ ... 125ᵇ: **Innocentius IV,** tractatus de exceptionibus, ab auctore incerto reformatus. Inscriptio: „[M]*ateria bona de excepcionibus. Et primo contra Jnstrvmentvm.*" Prima verba: „*Excipitur contra sigillum vel literas*" (vd. supra Nr. LXI, 2 et Nr. LXXXIX, 10) omissa sunt, ita ut tractatus ordiatur: „[s]*i bvlla sit falsa uel sigillum.*" Subscriptio: „*Explicit Quidam tractatus paruus et cottidianus super materia Excepcionis.*" Haec reformatio fortasse eadem est, quam continet codex Brugensis (Laude, catal. des manuscr. de la bibl. publ. de Bruges. Nr. 381. pag. 322), ubi sequens legitur subscriptio: „*Expliciunt generales exceptiones contra sigillum vel litteras ac valde necessarie ad omnes personas illegitimas expellendas, et de novo compilate fuerunt a quodam magistro nomine johanne, rectore in decretis, et idem diu rexit in decretalibus et hoc opusculum ad utilitatem pauperum composuit.*"

6) Fol. 126ᵃ ... 126ᵇ: **Benedictus de Perusio,** consilium „*An parrochiani alicuius ecclesie possint audire dominica in alia ecclesia.*"

7) Fol. 126ᵇ ... 127ᵇ: **Baldus de Ubaldis**, consilium *„An, si post wlnus vel percussionem illatam decedit wlneratus, presumatur decessisse ex wlnere vel alia causa.“*

8) Fol. 128ᵃ ... 128ᵇ: **Barthelomeus de Salliceto**, consilium *„An et quando quis de Jncendio teneatur.“*

CX.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 241, 15¼" altus et 10⅛" latus. (Ex bibliotheca a celsissimo Principe Boguslao Radzivilio bibliothecae, quae Regiomontii fuit, electorali legato donata.)

Fol. 1ᵃ ... 241ᵇ: Auctoris incerti **Lexicon iuridicum**, initio et in fine mutilum. Incipit in articulo Accipere his verbis: *„de toto* [leg. dote] *prele*[gata] *l. cum quis“* et desinit in articulo Extimacio: *„Extimacio* [*Aliquando* (punctis suppositis deletum)] *aliquando sumitur pro bona opynione, ff. de va*[riis] *et extraor*[dinariis] *cog*[nitionibus] *L. penult. §. extimacio.“*

CXI.

Codex membranaceus, seculi XV, Foliorum 71, 11½" altus et 9" latus.

1) Fol. 1ᵃ ... 67ᵃ: Auctoris incerti **Formularium instrumentorum**, tempore Innocentii VI compilatum. Incipit codex capite truncatus: *„p. uel procurator predictus illud nollens acceptare, decernens ex nunc irritum et inane, prout dictus dominus papa decreuerat.“* Notandum est, ex Formulario supra (Nr. XCVIII) descripto capitulum de instrumentis, quod ibi habetur in Fol. 98ᵃ ... 99ᵃ, in hoc (Fol. 56ᵇ ... 57ᵇ) receptum esse.

2) Fol. 67ᵃ ... 71ᵇ: **Laurentius Aquilegiensis**, summa dictaminis. Inscriptio: *„Capitulum de modis scribendi. Hic incipit summa dictaminis magistri laurencij Aquilegiensis. Et hic tam clero quam extra clerum scribitur summo pontifici tacendo Salutem; nam benedicere et salutare est de auctoritate supiorum* [superiorum], *non de presupᵒᵉ* [presuppositione] *minorum.“* Initium: *„Bacrosancte* [leg. Sacrosancte] *Roman. ecclesie ac vniuersalis summo pontifici R. Romanorum imperator et semper augustus debitam cum deuocione Reuerenciam.“* Subscriptio nulla. Cf. Rockinger, über Formelbüch. pag. 59. not. 113, pag. 206. col. 1.

CXII.

Codex membranaceus, seculi XV, Foliorum 109, 10¼" altus et 7¾" latus.

1) Fol. 1ᵃ ... 12ᵃ: **Dominicus Dominici**, summa dictaminis. Inscriptio: *„forma composita per dominum Dominicum Dominici Jspanum, quomodo Notar. archiepiscoporum et Episcoporum hnt* [habeant] *officium notar. exercere, et primo prohemium.“* Initium: *„Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum.“* Subscriptio: *„Explicit summa dominici yspanj.“* Cf. supra Nr. XLIV, 1.

2) Fol. 12ᵇ ... 108ᵃ: Auctoris incerti **Formularium instrumentorum**, tempore Innocentii VI confectum. Aliud, quam supra Nr. CXI, 1. Index Rubricarum cum inscriptione: *„Jncipiunt Rubrice nouj formularij de formis et electis editi“* (Fol. 12ᵇ ... 16ᵃ). Deinde prooemium inscriptum: *„Jncipit prohemium nouj formularij“* et incipiens: *„Qvoniam nimia prolixitas non edificat, sed corrumpit“* (Fol. 16ᵃ ... 16ᵇ). Tum regulae seu notabilia cum inscriptione: *„Jncipiunt Regule nouj formularij“* et cum subscriptione: *„Expliciunt*

notabilia valde bona" (Fol. 16ᵇ... 19ᵃ). Denique formulae. Subscriptio: „*Explicit formular. nouum de nouis formis edit.*" Cf. Archiv der Gesellsch. für ält. deutsche Geschichtsk. Tom. VI. pag. 144. Nr. 7, B.

3) Fol. 108ᵇ... 109ᵃ: Instrumentum de Nicolao Schippenpel Ordinis Theutonici in Romana Curia Procuratore creato a. 1390 editum.

CXIII.

98. / Bbb. 27.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 181, 11⅓" altus et 8¼" latus.

1) Fol. 1ᵃ... 2ᵇ: Sermo licentiati cuiusdam ad gradum doctoris iuris canonici promovendi. Incipit: „*Ad honorem summe et sancte trinitatis indiuidue Et beatissime virginis, matris eius filij gloriose. Antequam veniam ad ty lum* [tytulum] *legendj, ne videar singularis Et pars turpis non congruens suo vniverso, Consuetudinem in hac alma vniversitate a multis hactenus approbatam secundum meam ingenij facultatem non presumo declarare. Jdeo more solito Jncipiens in iure canonico pro invocatione diuini nominis et modica rrcommendatione Juridice facultatis assumam thema. Ex quo invocato cristi nomine pauca pro huiusmodi recommendabili facultate introducam sine ipsius magistrali diuisione. Quo facto procedam post ad tytulum mihi deputatum; quantum ergo ad primum occurrunt mihi verba pro themate assumenda Et sancti spiritus gracia impetranda sub hac forma: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.*"

2) Fol. 3ᵃ... 7ᵃ: **Ioannes Andreae,** summa super quarto Libro Decretalium.

3) Fol. 8ᵇ... 13ᵃ: **Ioannes Andreae,** summa de arbore consanguinitatis et de arbore affinitatis.

4) Fol. 13ᵇ: „[D]*Euictus jnstancia ego jo*[annes] *an*[dree], *minimus decretorum doctor, j*[nfra] *scripta breuiter collegi. Et primo notandum, quod excommunicatus non possit impetrare rescriptum.*" Finis: „*Et hec dicta breuissime sufficiant, et hec coniecta sunt per dominum jo. andee* [leg. andree], *decretorum doctorem.*"

5) Fol. 13ᵇ... 14ᵇ: **Ioannes Calderinus,** distinctio.

6) Fol. 15ᵃ... 137ᵇ: **Bowslaus,** lectura quarti Libri Decretalium. Incipit: „*Rubrica de sponsalibus et matrimonijs. Jste liber conti*ᶻ [continuatur] *ad precedent*[em] *isto modo. Postquam s*[upra] *tractauimus de hijs, que spectant ad clericos, iam ad ea, que spectant ad laycos, stilum vertamus* 2ᵐ [secundum] *Goff*[redum], *quam continuationem sequitur nouellator.*" Subscriptio: „*Et sic est finis istius lecture quarti libri decretalium amen*", tum: „*Explicit lectura quarti libri decretal. domini bowslai doctoris.*"

7) Fol. 139ᵃ... 178ᵇ: Auctoris incerti **Glossarium iuridicum,** e Vocabulario iuris utriusque, qui nominatur, excerptum. Inscriptio nulla. Initium: „[A]*bauus Est pater proaui. Abauia mater proauie, que est mater auie. — Abauunculus abauie frater. — Abauuncula est abaui soror. — Abactor secundum ysidorum libro* 4° *Ethicorum ffur est iumentorum et pecudum, quem wlgus abygeum vocat. — Abygei dicuntur proprie, qui peccora a pascuis subducunt, abigendi studium q*[uasi] *quandam artem exercentes.*" Subscriptio: „*Et sic est finis.*" Idem glossarium, testante Clossio (vd. Dirksen, System der juristischen Lexicographie. Lips. 1834. 8°. pag. 28, 29 et not. 30), cum inscriptione: „*Lexicon iurid. finitum anno domini* 1439. *die* 25. *Febr. per me Henricum*" in codice bibliothecae publicae imperatoriae Petropolitanae inest, prima tamen verba, quae supra exhibuimus, ibi non habet, sed a verbo Abigei orditur.

8) Fol. 178ᵇ... 181ᵃ: Tabula Rubricarum Digestorum.

CXIV.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 250, 11¼" altus et 8¼" latus.

1) Fol. 1ª ... 131ª: **Bowslaus**, lectura quarti Libri Decretalium. Inscriptio: „*Jncipit liber quartus decretalis.*" Initium: „*Rubrica de sponsalibus et matrimonijs. Jste liber continetur* [leg. continuatur] *ad precedentes isto°* [isto modo]." Subscriptio: „*Explicit lectura quarti libri decret*" et paulo post: „*Explicit lectura quarti libri decretalium ffinita in vigilia Omnium sanctorum Sub anno domini M° quadringentesimo tercio.*"

2) Fol. 132ª ... 136ᵇ: **Ioannes Andreae**, summa super quarto Libro Decretalium.

3) Fol. 137ᵇ ... 142ᵇ: Duae orationes in Studio Pragensi a licentiatis ad gradum doctorum iuris canonici promovendis habitae.

4) Fol. 143ª ... 144ª: Auctoris incerti **Repetitio ad cap. 4. X. de poenit. et remiss.** Incipit: „*Quod autem; istud capitulum sumatur sic: Remissiones non prosunt non subditis remittencium, nisi proprij iudices id concedant.*"

5) Fol. 144ª ... 147ᵇ: Auctoris incerti **Tractatus de Indulgentiis.** Incipit: „*Quero hic primo, quid prosint Jndulgencie.*"

6) Fol. 147ᵇ ... 188ª: **Thomas de Pnescham**, processus iudiciarius. Inscriptio: „*Processus Judicij.*" Initium: „*Jn nomine xi amen. Circa processum Judiciarium in causis delegatis, subdelegatis et ordinariis primo, cum impetrator Rescripti velit Rescriptum presentare iudici.*" Finis: „*ffinitus est autem iste processus iudiciarius secundo die beati festi Martini conferis* [confessoris] *per thomam de pneschan Collegij pauperum xi facti per magistrum Jo. de buda Archid. Borsien. et Can. in ecclesia Strigonien. studentem primum* [sic]." Subscriptio: „*Finitus et scriptus per Martinum Alberti de Szacroczim Plocensis dioc. Jn vigilia Symonis et Jude Apostolorum beatorum Sub anno domini Millesimo quadringentesimo tercio.*"

7) Fol. 189ª ... 250ª: **Martinus Polonus**, margarita Decreti. Finit mutila: „*Jnuasor sedis apostolice anathematizatur di. lxxix siquis.*"

CXV.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 184, 11¼" altus et 8⅝" latus.

1) Fol. 1ª ... 157ª: **Bowslaus**, lectura quarti Libri Decretalium. Inscriptio: „*Jncipit liber quartus decretalis.*" Initium: „[R]*ubrica de sponsalibus et matrimonijs. Jste liber* [et postea corr. *Jsta Rubrica*] *conti²* [continuatur] *ad precedentes isto°* [isto modo]." Subscriptio nulla.

2) Fol. 158ª ... 165ª: **Conclusiones decisionum Rotae Romanae.** Inscriptio vel subscriptio nulla. Initium: „[A]*Vditor eciam appellacionis a partibus interposite statim potest inhibere processum, dummodo sibi constet debite appellatum et causam ad ipsam deuolutam.*" Cf. infra Nr. CXXIII, 5 et Nr. CXXIV, 3.

3) Fol. 165ᵇ ... 173ª: „[N]*Ecessarium clero videtur et populo, quodsi per viam prouisionis apostolice sedis debeat finis cause inponi, quod primo statuatur de nouo atque apostolica auctoritate mandetur, statutum antiqui concilij generalis omnis utriusque sexus, de pe. et re. debere a cunctis xi fidelibus obseruari per omnia, et hoc propter motiva subscripta.*"

4) Fol. 174b . . . 175a: **Remedia** „*contra lepram*" et „*Vor den Steyn*", Theutonica lingua scripta.

5) Fol. 176a . . . 183b: **Quaestiones** tres, quarum prima verba haec sunt:

a) „*Queritur, vtrum emere decem marcas pro centum annuatim pro se et suis heredibus soluendis* [leg. soluendas] *in perpetuum uel ad tempus sit contractus licitus et permissus a iure uel usurarius*" (Fol. 176a . . . 179b).

b) „*Queritur, vtrum in foro anime licet merces carnis vendere uel vilius emere*" (Fol. 179b . . . 180b).

c) „*Queritur, vtrum liceat vendere redditus uel emere*" (Fol. 180b . . . 183b).

6) Fol. 183b . . . 184a: **Urbani V Constitutio** „*ne in vinea domini*" (a. 1369). Typis descripta est in Raynaldi annal. eccles. Tom. XVI. Colon. Agripp. 1691. fol. pag. 482. Nr. 15.

7) Fol. 184b: „*Casus episcopales in foro penitencie.*"

CXVI.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 353, 16½" altus et 11¼" latus. — 65. / Bbb. 1.

Fol. 1a . . . 353b: **Ioannes Calderinus** († 1365 [43]), repertorium iuris. Inscriptio nulla. Initium: „*A, hec diccio a interdum includit, ut C. de nup. l. a caligato.*" Subscriptio: „*Et sic est finis huius operis, sit laus et gloria trinis.*" Hain Vol. I. Pars II. Nr. 4248.

CXVII.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 371, 16½" altus et 11¼" latus. — 843. / Hhh. 1.

Fol. 1a . . . 371b: **Ioannes Calderinus,** repertorium iuris. Inscriptio nulla. Initium: „*HEc dictio a interdum includit, ut C. de nup. l. a caligato.*" Subscriptio: „*Deo gratias. Amen.*"

CXVIII.

Codex mixtus, seculi XV, Foliorum 356, 11¾" altus et 8⅝" latus. — 104. / Bbb. 32.

1) Fol. 1a . . . 96a: **Ioannes Calderinus**, tabula auctoritatum et sententiarum bibliorum positarum in Decreto et Decretalibus. Inscriptio: „*Incipit tabula auctoritatum et sentenciarum biblie positarum in libris decretorum et decretalium, cotatarum* [44]) *secundum ordinem alphabeti Johannis caldrinj, decretorum doctoris.*" Initium: „*SEriem huius tabule continentis auct. et sententias biblie, pro ut in compilacionibus decretorum et decretalium inducuntur.*" Subscriptio: „*Explicit tabula auctoritatum et sentenciarum biblie inductarum in conpilacionibus decretorum et decretalium cotatarum domini Johannis Caldrinj, decretorum doctoris.*" Hain Vol. I. Pars II. Nr. 4247.

---

43) Tiraboschi, storia della letteratura italiana. Tomo V. Parte II. Milano 1823. 8°. pag. 541.

44) Glossarium med. et infim. latinit. conditum a Carolo Dufresne . . . Digessit G. A. L. Henschel. Tom. II. Paris. 1842. 4°. pag. 639. col. 3: „COTTARE, Indicare, ordine describere" et Tom. V. Paris. 1845. 4°. pag. 570. col. 2: „QVOTARE, In Capita et versiculos distinguere."

2) Fol. 97ª ... 198ª: Auctoris incerti **Tractatus contra Wiclefitas et Hussitas** inc. „*JVssit vestra reuerendissima paternitas ac metuendissima dominacio talia, que negare phas non est, vt videremus materias et motiua certorum articulorum, quibus moderni heretici wicleffiste et hussite.*"

3) Fol. 198ª ... 221ᵇ: „*Contra errores waldensium.*" Initium: „*PRimo, quia dicunt, heresiarchas suos, quos fratres nominant et in confessione dominos appellant, esse veros discipulorum xpi successores.*"

4) Fol. 222ª ... 233ª: „*Determinaciones sanctorum patrum de quottidiana et crebra communione sacramenti altaris.*"

5) Fol. 233ᵇ ... 236ᵇ: „*Sermo in cena domini: Ante diem pasce.*"

6) Fol. 236ᵇ ... 245ᵇ: „*Sequitur Sermo de Natiuitate beate virginis marie.*"

7) Fol. 246ª ... 356ª: **Documenta ad concilium Basileense spectantia.**

a) Fol. 246ª ... 260ᵇ: „*Sermo domini Car*[dinalis] *sancti angeli, legati et presidentis concilij Basiliensis, factus in aduentu bohemorum Anno etc. xxxiij°.*" Mansi, sacror. concil. nova et ampliss. collect. Edit. noviss. Tom. XXIX. Venet. 1788. col. 492 ... 512 et iterum col. 679 ... 700.

b) Fol. 260ᵇ ... 262ª: „*Proposicio domini Cardinalis legati, facta ad Bohemos, postquam suam audienciam compleuerant.*" Mansi l. c. Tom. XXVIII. Venet. 1785. col. 1178, 1179.

c) Fol. 262ª ... 263ª: „*AArticuli, qui dicuntur dogmatizati in regno Bohemie, propositi per dominum cardinalem legatum in congregacione generali, Die mercurij xxviij Januarij Anno etc. xxxiij°.*" Mansi l. c. Tom. XXX. Venet. 1792. col. 258, 259.

d) Fol. 263ª ... 270ª: „*Sermo domini abbatis Cisterciensis, prolatus Jn consistorio publico Jn aduentu Bohemorum.*" Mansi Tom. XXIX. col. 1270 ... 1280.

e) Fol. 270ª ... 287ᵇ: „*Responsio data Ambasiatoribus pape Anno xxxiij°.*" Mansi Tom. XXIX. col. 239 ... 267.

f) Fol. 287ᵇ ... 288ᵇ: „*Articuli oblati ex parte regni Bohomie et Marchionatus Morauie Anno domini etc. xxxiij° in festo sancti tiburcij post llaurencij.*" Mansi Tom. XXIX. col. 385, 386 et iterum Tom. XXX. col. 634 ... 636.

g) Fol. 288ᵇ ... 290ᵇ: „„*In nomine domini ihesu xpi hec, que infra scripta sunt, per gratiam sancti spiritus concurdata sunt inter ligatos* [legatos] *sancti concilij Basiliensis et generalem congregacionem Regni Bohemie et Marchinatus Morauie Jn Ciuitate pragensi.*" In hos articulos inclusa est declaratio trium articulorum a legatis concilii Basileensis Pragae proposita, quae legitur apud Mansi Tom. XXVIII. col. 1179 ... 1181.

h) Fol. 291ª ... 292ª: „*Errores et Articuli grecorum.*"

i) Fol. 292ª ... 293ª: **Eugenii IV** Decretum coniunctionis Orientalis et Occidentalis ecclesiarum (a. 1439). Bzovius, annal. eccl. Tom. XVI. Colon. Agripp. 1624. fol. pag. 632, 633; Raynaldus, annal. eccles. Tom. XVIII. Colon. Agripp. 1693. fol. pag. 203. col. 2 i. f. ... pag. 204. col. 2. — Fol. 293ᵇ, 294 et 295 vacua sunt.

k) Fol. 296ª ... 301ᵇ: „*Sermo in capite ieiunij Magistri lupi, ffr'. ordinis predicatorum.*" Subscriptio: „*Explicit sermo, quem predicauit frater lupus de galdo, magister in theologia, fratrum predicatorum in prouincia hyspanie prior provincialis ac serenissimi regis Castelle eubaxiator ad concilium Basiliense Jn eodem concilio feria quarta in capite jeiunij Anno dominj M° cccc° xxxvᵗᵒ.*" Cf. Mansi Tom. XXX. col. 1236 i. f.

l) Fol. 301ᵇ ... 306ª: **Sermo de assumptione virginis Mariae** inc.: „*SJgnum magnum apparuit in celo.*"

m) Fol. 306ª ... 310ᵇ: *„fratris petri, prouincialis ord. minorum.“* In fine: *„Hunc sermonem compilaui Ego frater petrus porquerij, doctor sacre pagine in vniuersitate Tolosana Et prouincialis minister fratrum minorum in prouincia aquitanie, quando eram Basilee, quem predicaui coram tota sacratissima vlis* [vniversalis] *ecclesie Sinodo, Anno domini M° cccc° xxxv, dominica quarta xlme* [quadragesimae]. *Orate deum pro me.“*

n) Fol. 310ᵇ ... 319ª: **Ioannes de Turrecremata,** tractatus de aqua benedicta, in concilio Basileensi contra Petrum Anglicum compositus. Vd. Quetif Tom. I. pag. 839. col. 2. Nr. 4; Hain Vol. II. Pars II. Nr. 15737 ... 15744.

o) Fol. 319ᵇ ... 330ª: *„Sermo de communitate domestica omnium fidelium et precipue prelatorum.“*

p) Fol. 330ᵇ ... 337ᵇ: *„Sermo de sancto Jeronimo presbytero Cardinali.“* Subscriptio: *„Explicit sermo de beato Jeronimo presbytero cardinali editus a reuerendo patre, domino P., dignensi Episcopo, in concilio basiliensi Anno dominj M° cccc° xxxv°.“*

q) Fol. 337ᵇ ... 342ᵇ: *„In festo Symo*[nis] *et Jude apostolorum.“* Subscriptio: *„In festo apostolorum Simonis et Jude Anno dominj Millesimo Quadringentesimo trecesimoquarto in generali Concilio Basiliensi factus est sermo precedens per fratrem henricum kaltyser, ordinis predicatorum, sacre theologie professorem ac prauitatis heretice Jnquisitorem.“* Cf. Mansi l. c. Tom. XXX. col. 1238 i. f.; Quetif Tom. I. pag. 830. col. 1. Nr. 11.

r) Fol. 342ᵇ ... 346ª: *„Sermo de Concepcione virginis gloriosissime.“*

s) Fol. 346ª ... 356ª: *„Sequitur de sacramento eukaristie.“*

CXIX.

Codex chartaceus, seculi XV ineuntis, Foliorum 112, 11¼" altus et 8¼" latus. („*Hic liber pertinet Thome bowtaw, presbytero et vicario capelle sancti spiritus opidj bartensteyn, warmiensis dioc.* [45]), *sibi delegato* [leg. delegatus] *a laurentio engelhardi, qui obijt anno domini Mccccclxv feria tercia post festum visitacionis marie in heilsberg* “)

1) Fol. 1ª ... 74ᵇ: **Ioannes Calderinus,** summa Decretalium Gregorii IX. Inscriptio: *„Summa Calderini.“* Initium: *„FEcit deus duo magna luminaria, luminare maius, vt preesset diei, et luminare minus, vt preesset nocti.“* [46]) Subscriptio: *„Sit laus deo, patri summo, xpo decus, spiritui sancto honor trinus vnus. Maria, dele vitia. Sub anno domini M° cccc° xj°.“*

2) Fol. 75ª ... 110ᵇ: **Ioannes Calderinus,** casus summarii in Decretales Gregorii IX. In fine: *„Expliciunt casus summarij quinque liberorum* [leg. librorum] *decretalium. Gloria tibi, domine, domine, qui surrexisti a mortuis, cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula Amen. Auctor caldrinus.“*

3) Accedunt duo Folia membranacea (111, 112), in quibus ab alia manu haec sunt scripta:

a) **Tractatus de arbore consanguinitatis, affinitate et cognatione spirituali,** idem ille, qui in Distinctionum Magdeburgensium codicibus compluribus et editionibus Pölmanianis Librum I praecedit.

---

45) A secunda manu verba *„et vicario . . . . . . dioc.“* tita sunt et super ea scriptum est: *„canonico sancti saluatoris in gutenstatd.“*

46) Iisdem verbis incipit Apparatus in summam Henrici de Mersseburg (vd. supra Nr. XCIX, 2), tamen a summa Calderini differt.

b) **Regulae iuris hereditarii**, consentientes cum Dist. Magd. Lib. I. art. 7, item cum iis, quas Wasserschleben (das Prinzip der Successionsordnung nach deutschem insbesondere sächsischem Rechte. Gotha 1860. 8°. Append. Lit. B. Nr. II. pag. 135 ... 137 et Lit. C. Nr. IV. pag. 157) ex duobus codicibus, altero Bieueri, altero Dantiscano, in lucem protulit.

c) *„Stirbit ouch eyn man vnd let eynen vater leben vnd ouch eyn lebinde kint noch seyme tode, dornoch so stirbit des toden mannes vater, vnd der man, der jrst gestorbin ist, Jst nicht abe gesundirt bey seyner eldirn lebin, daz em nicht schichtenteylunge worden ist von seynes vater wegen: zo hebit des toden mannes kynt erbe teil Jn des eldir vatir adir grose vater gutter an seynes vater stat, sam seyn vater solde geton habin, wenne her gelebet hette. Jst abir des kyndis vater abegesundirt, zo hebit is nicht von rechte.*

Ooch sal man wissen, ab sich eyn man hynge adir sust tötete, daz her sich selben vom leben czum tode brechte, seyne noch gelosenen gutter nemen seyne erbin, dye em nehest an geboren seyn, myt rechte vnd nicht dy herschaft; wen wurde man is suchen Jm colmen gleiche eyme gescholden orteil, Js wurde em czu gesprochen, wenne Jch habe is selben Jm colmen An dem ersamen herren Burgermeistern irfrogit, Js wart den neesten czu vnd dem hn'. abe gesprochen."

d) *„Notandum. Js ist geschen, Das eyn prüse vorseret vnd gewunt wart Alhij in der stad, der preuse czog heym vnd beweysete is do heyme, do her wonhaftig was, so das sy befrogeten den kumptur, wy sy sich halden sulden. Der kumptur sprach, man sulde in heyschen, gestunde her nicht, Man sulde den man echten. Disser man, der dis geton hatte, der czog myt gutten leuten czu dem bischheue, vnd vor czalten is ym, wy is gescheen were. Der bischoff schreyb dem kumptur eynen bryff, wy daz is widder dy vornumft were, werde eyn Preuse geslagen czu thoren, sulde ym der man fulgen czu rechte, wo her welde. daz ist vnrecht; wen wo eyn man vorseret wirt, do sal her ouch gerichte suchen."*

CXX.

62. / Aaa. 60.

Codex membranaceus, seculi XV, Foliorum 187, 7³/₄" altus et 4³/₄" latus.

1) Fol. 1ᵃ ... 6ᵇ: Rubricae Decretalium Gregorii IX, Libri Sexti Decretalium et Clementinarum.

2) Fol. 8ᵃ ... 120ᵃ: **Ioannes Calderinus**, casus summarii in Decretales Gregorii IX.

3) Fol. 120ᵃ ... 167ᵃ: **Ioannes Andreae**, casus breves in Librum Sextum Decretalium. Cf. supra Nr. CVI, 6.

4) Fol. 167ᵃ ... 183ᵇ: Auctoris incerti **Casus in Clementinas**. Inscriptio: „*Incipiunt clementine.*" Initium: „[I]*Ohannes episcopus. Notandum: exigit s*ᵃ [substantia?] *huius prohemiij* [leg. prohemij] *aliqua pro et loco S. casus, eo quod prohemium non summatur.*" Finis: „*tenetur partes ad sententiam citare, quam tenetur in scriptis ferre secundum acta cause, secundum io*[annem] *an*[dreae] *etc.; deo omnipotenti sit laus in secula seculorum amen.*"

5) Fol. 183ᵇ ... 187ᵇ: Varia nullius momenti.

CXXI.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 158, 8" altus et 5¾" latus. 119. Bbb. 45.

Fol. 1ᵃ... 158ᵃ: **Ioannes Calderinus,** casus summarii in Decretales Gregorii IX, additionibus, quae singulos Titulos antecedunt, adaucti. Inscriptio: „[I]*Ncipiunt casus summarij quinque librorum decretalium.*" Initium: „*Et dividitur liber decretalium sic. Primo ponitur prohemium usque ad rubricam de summa trinitate. 2° ponitur tractatus usque ad rubricam de regulis Juris. Et in 3° et vltimo ponitur conclusio.*" Nonnulla desiderantur inter Fol. 1 et 2, item in fine; desinit enim codex in casu ad cap. 26. de privil. (5, 33): „*Quanto amp*', *casus: exempti ab ordinario.*"

CXXII.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 362, 11¾" altus et 8¼" latus. („1542. *Ex Arce Tapia.*") 84. Bbb. 13.

1) Fol. 1ᵃ... 31ᵇ: **Ioannes Calderinus,** distinctiones; in his (Fol. 15ᵇ ... 20ᵇ) ipsius summa de appellatione, quam supra (Nr. LXXXI, 12) indicavimus.

2) Fol. 31ᵇ... 122ᵇ: **Ioannes Calderinus,** quaestiones.

3) Fol. 122ᵇ... 203ᵃ: **Paulus de Liazariis,** quaestiones.

4) Fol. 203ᵃ... 241ᵃ: **Azo de Ramenghis,** quaestiones. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 3. Quae ibi de auctore exposui, Muther, libelli mei iudex benevolentissimus, sic intellexit (in Lit. Centralblatt für Deutschl. 1859. Nr. 21. col. 330 i. f.): „Die dem Azo beigelegten Quästionen aus dem canonischen Rechte gehören nicht, wie v. Savigny angiebt, dem Azo de Lambertacciis, sondern eben so, wie die Repetitionen über Stellen des Decrets von Gratian, dem weit jüngeren Canonisten Azo de Ramenghis, Schwiegersohn des Ioannes Andreä." Sed hoc falsum est. Etenim non quaestiones Azonis de Lambertacciis, sed eas, quae nostro codice continentur et ita inscriptae sunt, ut de auctore quaerendum sit, Azoni de Ramenghis addixi.

5) Fol. 242ᵃ... 357ᵃ: **Ioannes Calderinus,** repetitiones.

6) Fol. 357ᵃ... 357ᵇ: „*Sequitur tractatus cum quis suspensus uel alias celebrando incurrit irregularitatem.*"

7) Fol. 357ᵇ... 358ᵃ: „*tractatus quando quis irregularitatem incurrit.*"

8) Fol. 358ᵃ... 358ᵇ: „*tractatus de successionibus.*"

9) Fol. 358ᵇ: „*tractatus de cessione accionum.*"

CXXIII.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 307, 11¼" altus et 8" latus. („*Ex Arce Tapia.* 1542.") 90. Bbb. 19.

1) Fol. 1ᵃ... 120ᵇ: **Vetus testamentum abbreviatum.**

2) Fol. 121ᵃ... 131ᵇ: **Nicolaus de Lyra,** moralitates super Apocalypsi.

3) Fol. 133ᵃ... 199ᵇ: **Ioannes Andreae,** casus summarii in Libr. IV et V Decretalium Gregorii IX. Inscriptio Libri IV: „*Casus summarij libri quarti secundum Johannem andree.*"

4) Fol. 200ᵃ: *„Hic nota regulas huius tytuli notabiliter notandas. Nota, quod triplex est scriptura: quedam publica, quedam autentica, quedam priuata.“* Fol. 200ᵇ et 201 vacant.

5) Fol. 202ᵃ ... 247ᵃ: **Conclusiones decisionum Rotae Romanae.** Inscriptio: *„Conclusiones decisionum Rote.“* Initium: *„AVditor cause appellationis et negocij principalis in partibus interposita potest inhibere iudici, a quo dummodo sibi constat appellatum esse.“* [47]) Subscriptio: *„Et sic est finis huius.“* Tamen non est finis; nam abrumpitur in verbis: *„Expense facte per appellantem in causa desercionis non restituuntur“*, quibus in sequente codice (Nr. 3) haud pauca (Fol. 116ᵇ ... 132ᵃ) continuantur.

6) Fol. 247ᵃ ... 249ᵇ: **Casus** *„quedam domus Religiose, quarum fratres non mendicant, emerunt pensiones annuas“* cum sententiis et alia.

7) Fol. 250ᵃ ... 272ᵇ: **Allegationes in causa Brabantina matrimoniali pro Duce.** [48])

a) Fol. 250ᵃ ... 259ᵇ: *„JN nomine patris et filij et spiritus sancti Amen. Presupposito matrimonio contracto inter Jllustrissimum principem, dominum Johannem, Brabancie ducem, et dominam Jacobam de Bauaria ex alia, et eo pro carnalem copulam consumato, Restat videre, an impedimenta, que pretendit dicta domina Jacoba pro impugnatione dicti matrimonij, obstent necne.“*

b) Fol. 259ᵇ ... 263ᵇ: *„Expeditis de concernentibus petitorium, descendo ad possessorium, Super quo erit videndum, an debeat fieri restitucio istius domine.“*

c) Fol. 264ᵃ ... 272ᵇ: *„Jn causa Brabantina matrimonialis* [leg. matrimoniali] *allegationes pro domino Duce.“* Initium: *„Sicut tres litere apostolice super dispensatione Matrimonij, de quo agitur, emanarunt.“* In fine: *„Johannes de Milis Aduocatus.“*

8) Fol. 273ᵃ ... 298ᵇ: **Zenzelinus de Cassanis**, apparatus in Ioannis XXII Extravagantem *„Execrabilis.“* Inscriptio et subscriptio nulla. Initium: *„[E]xecrabilis, decretalis presens diuisibilis est in duas partes principales.“* Bickell, über die Entstehung und den heut. Gebrauch der beiden Extravagantensamml. pag. 7 sqq.

9) Fol. 299ᵃ ... 307ᵃ: **Matheus Feliciani de Perusio**, consilium. Ad calcem: *„Et ita, ut supra sscriptum est, dico et consulo Ego Matheus Feliciani de perusio, utriusque iuris doctor, et ad fidem predictorum me subscripxi sigilloque meo consueto sigillaui, consilio veriori semper saluo.“*

CXXIV.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 132, 11¾″ altus et 8¼″ latus.

1) Fol. 1ᵃ ... 55ᵇ: **Nicolaus de Tudeschis**, processus iudiciarius. Inscriptio nulla. Initium: *„JN nomine domini amen. Rex pacificus cunctorum causa effectiua et finalis.“* Subscriptio: *„Et sic est finis processus iudiciarij, deo gratias.“* Cf. supra Nr. LXXXIX, 19.

2) Fol. 55ᵇ ... 57ᵃ: Libri Sexti Decretalium Titulus De regulis iuris. Fol. 58 ... 60 vacua sunt.

3) Fol. 61ᵃ ... 132ᵃ: **Conclusiones decisionum Rotae Romanae.** Initium: *„Auditor cause appellacionis et negocij principalis in partibus statim potest inhiberi Judici, a quo dummodo constat sibi appellatum esse.“* Cf. supra Nr. CXV, 2 et Nr. CXXIII, 5.

---

47) Haec prima conclusio deprompta est ex decisione, quae inter decisiones a Gullielmo Horborch collectas (vd. infra Nr. CXXV, 1) undecima est.

48) Celebris illa lis fuit de matrimonio inter Ioannem, Ducem Brabantiae, et Iacobam, Wilhelmi VI, Comitis Hannoniae, filiam, a. 1417 contracto, vd. Allgemeine Geschichte der Vereinigten Niederlande . . . Aus dem Holländischen übersetzt. Tom. II. Lips. 1757. 4°. Lib. XII. pag. 74. 75, pag. 87, 88, pag. 90, 91.

CXXV.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 187, 11³/₄" altus et 8¹/₄" latus. („1542. *Ex Arce Tapia.*") 91. Bbb. 20.

1) Fol. 1ª ... 152ª: **Decisiones novae Rotae Romanae**, a Guilielmo Horborch collectae (ab a. 1376 usque ad a. 1381). Inscriptio: „*Incipiunt decisiones noue dominorum de Rota.*" Prooemium: „*JN nomine Dominj Amen. Anno a natiuitate eiusdem Millesimo Trecentesimo Septuagesimo sexto, die Mercurij xxx mensis Januarij, ... Ego wilhelmus horborch, Alemannus, decretorum doctor minimus et inter dominos meos Auditores predictos minor, conclusiones seu determinaciones aut decisiones infra scriptas quorundam dubiorum, in quibus finaliter omnes uel maior pars dominorum meorum predictorum et aliorum postea superuenientium remanserunt, ad perpetuam Rei memoriam cepi colligere et scribere continuando usque ad annum dominj Mil. ccc° lxxxj ad mensem Maij, et hoc sub correccione et emendatione omnium doctorum meorum et aliorum superuenientium et melius sententientium* [leg. sentientium, vel: sententiantium]." In fine aliquot decisiones desunt, Fol. 152ᵇ ... 154 vacuis relictis. Feller, catal. cod. msssctor. bibl. Paulin. pag 229. Nr. 38, pag. 232. Nr. 45; Hänel, catalogi libror. manuscr. col. 216 i. f., col. 567; Blume in Rhein. Mus. für Jurispr. Tom. IV. pag. 243. Nr. 29, pag. 293 i. f., pag. 355. Nr. 75; Irmischer, Handschriften-Kat. der Königl. Univ.-Bibl. zu Erlang. Nr. 633, 2; Grässe Tom. II. Sect. III. pag. 651; Hain Vol. I. Pars II. Nr. 6042 sqq.

2) Fol. 155ª ... 165ª: Index in decisiones praecedentes.

3) Fol. 166ª ... 187ᵇ: „[I]*Ncipit summarium nouarum decisionum rote per venerabilem et circumspectum virum, dominum Bertrandum de Arnassano, vtriusque iuris doctorem, Apostolici palij causarum auditorem, collectum.*"

CXXVI.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 314, 11⁷/₈" altus et 8" latus. („*Liber magistri nycolai wulsak de danczk.*") 87. Bbb. 16.

Fol. 2ª ... 314ᵇ: **Bohuslaus** (Decanus Pragensis), lectura quinti Libri Decretalium. Inscriptio: „*Incipit liber quintus decretalium.*" Initium: „[R]*ubrica de accusacionibus, recusacionibus et denunciacionibus. Et iste liber potest continuari ad librum inmediate precedentem in hunc modum.*" Subscriptio: „*Expliciunt reportata Reuerendi domini doctoris boieslaui ordinarie legencium.*" In thecae tabula priori a manu seculi XV hic titulus scriptus est: „*Lectura venerabilis doctoris, domini bohuslai, decani pragn., super quinto libro decretalium.*" Auctorem non dubito eundem esse, cuius lecturam quarti Libri Decretalium supra (Nr. CXIII, 6, Nr. CXIV, 1 et Nr. CXV, 1) commemoravimus.

CXXVII.

Codex chartaceus, anni 1376, Foliorum 78, 8¹/₂" altus et 5³/₄" latus. („*liber hermanni, aurifabri de heylgenbyl.*") 118. Bbb. 44.

Fol. 2ª ... 66ª: „*Opusculum de diuersis casibus compilatum magno studio et diligenti inquisicione aprobatum. Quidquid n.* [enim] *in diuersis locis iuris canonici dispersim et diffuse de hiis agitur, hic adductum est.*" Initium: „*De electione canonica. Electio debet fieri de ipso collegio.*" Subscriptio: „*Et sic est finis huis* [leg. huius] *Opusculi de casibus diuersis vtilibus et bonis, Sub anno dominj M° ccc° lxx° sexto finiti in ymbria per manus Johannis stormari, Infra vesperas primas festi*

corporis cristri [leg. cristi] *gloriosi*", deinde: „*In ymbria, proprie to vemern, sunt omnia prenotata scripta, ut prefertur, festinacione cum ingenti.*" — Sequuntur collectanea varii argumenti.

CXXVIII.

92.
Bbb. 21.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 227, 11⅙" altus et 8⅓" latus.

1) Fol. 1ª... 106ᵇ: **Lapus Tactus**, commentarius in Librum Sextum Decretalium Bonifacii VIII.

2) Fol. 106ᵇ... 133ᵇ: **Lapus Tactus**, commentarius in Clementinas.

3) Fol. 134ª... 144ᵇ: **Fredericus Petruccius** sive **de Senis**, de permutationibus beneficiorum, cum additionibus Lapi Tucti. Cf. supra Nr. CIX, 4.

4) Fol. 145ª... 184ᵇ: „*Constitutiones Jo*[annis] *xxij, Benedicti xij, Cle*[mentis] *vi, Jnno*[centii] *vi, Vrbani v, Gre*[gorii] *xi, Vrbani vj, Bonifacij viiij, Jnnocen*[tii] *septimi.*" Eadem collectio in codice Stutgardiensi exstat, vd. Bickell, über die Entstehung und den heut. Gebr. der beid. Extravaganten. pag. 13, 14 in nota.

5) Fol. 185ª... 187ᵇ: „*Priuilegia dominorum Auditorum sacri pallij apostolici et aliorum officialium etc. sed eiusdem.*"

a) **Clementis VI Constitutio** „*Dudum felicis recordacionis Johannes papa xxij predecessor noster vniuersis et singulis tam Ordinarijs quam delegatis Judicibus*" (Fol. 185ª... 185ᵇ).

b) Eadem Constitutio iterum (Fol. 185ᵇ... 186ª).

c) **Benedicti XIII Constitutio** „*Cum, si*ᵈ [sicut] *accepimus, a nonnullis in dubium reuocetur, an dilecti filij, causarum palij apostolici Auditores*" (Fol. 186ª... 186ᵇ).

d) **Ioannis XXIII Constitutio** „*Racioni congruit et conuenit honestati, ut ea, que de Roman. pontificis prouidencia processerunt*" (Fol. 186ᵇ... 187ª).

e) „*Supplicatio pro confirmatione bullarum precedentium*" (Fol. 187ª... 187ᵇ). Incipit: „*Beatissime pater, dudum per petrum de luna, Benedictum xiij in sua obedientia nuncupatum, accepto, quod a nonnullis reuocabatur in dubium, An sacri palij apostolici causarum Auditores.*"

6) Fol. 188ª... 188ᵇ: **Urbani V Constitutio** „*ne in vinea domini.*" Cf. supra Nr. CXV, 6.

7) Fol. 189ª... 190ᵇ: **Brandae** (Martini Papae V adversus Bohemos haereticos legati) literae ad universos Christi Fideles (a. 1421). [49]

8) Fol. 190ᵇ... 191ᵇ: **Brandae** literae ad Episcopum Vratislaviensem.

9) Fol. 192ª... 214ª: **Zenzelinus de Cassanis**, apparatus in Ioannis XXII Extravagantem „*Execrabilis.*" Inscriptio: „*Apparatus Genzlini.*" Initium: „*Execrabilis, decretalis presens diuiditur in duas partes principales.*" Subscriptio nulla. Cf. supra Nr. CXXIII, 8.

10) Fol. 214ᵇ: **Clementis VI Constitutio** „*Licet in Constitucione a felicis Recordacionis Gregorio papa decimo*" (a. 1351). Raynaldi annal. eccles. Tom. XVI. Colon. Agripp. 1691. fol. pag. 326. col. 2.

11) Fol. 215ª... 226ᵇ: **Aurea Bulla Caroli IV.**

---

49) His literis Branda duas anni 1421 epistolas pontificias (quarum altera typis exscripta est in Raynaldi annal. eccles. Tom. XVIII. Colon. Agripp. 1693. fol. pag. 34, 35) transcriptas exhibet et decernit, „*quod transsumpcioni et transscripcioni huiusmodi plenaria et omnimoda fides perinde adhibeatur, ac si originales litere prefate essent exhibite uel ostense.*"

CXXIX.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 142, 12 3/4" altus et 9 1/8" latus. — 79. / Bbb. 9.

1) Fol. 1a . . . 121b: **Lapus de Castellione,** allegationes, ab Antonio de Butrio abbreviatae. Inscriptio: *„Jn nomine dominj nostrj ihu xpi Allegationes sollempnissimi doctoris, dominj Lappi de castell'. de florentia, abbreuiate per famosissimum utriusque juris doctorem, dominum Anthonium de butrio de bon*[onia].*"* Initium: *„Allegatio prima de appellationibus. Jn hac allegatione facit tria uel quatuor dubia."* Subscriptio: *„Deo gratias. Amen."* Hain Vol. I. Pars II. Nr. 4578 . . . 4582. Fol. 122 vacat.

2) Fol. 123a . . . 142a: *„Jncipit tabula allegationum dominj lapi."*

CXXX.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 296, 11 1/4" altus et 8 1/2" latus. — 95. / Bbb. 23. II.

Fol. 1a . . . 296b: **Ioannes de Lignano** († 1383)[50]), lectura super Libro I Decretalium Gregorii IX.

CXXXI.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 263, 15 3/4" altus et 11 1/2" latus. (*„Ex Arce Tapia. 1542."*) — 73. I. / Bbb. 4. I.

Fol. 1a . . . 263b: **Ioannes de Lignano,** lectura super Libr. I et II Decretalium Gregorii IX.

CXXXII.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 201, 15 3/4" altus et 11 1/2" latus. (*„Ex Arce Tapia. 1542."*) — 73. II. / Bbb. 4. II.

Fol. 1a . . . 201b: **Ioannes de Lignano,** lectura super Libr. III, IV et V Decretalium Gregorii IX.

CXXXIII.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 284, 15 3/4" altus et 11 5/8" latus. (*„Ex Arce Tapia. 1542."*) — 74. / Bbb. 4. IIII.

Fol. 1a . . . 284b: **Ioannes de Lignano,** lectura super Libr. I et II Decretalium Gregorii IX.

CXXXIV.

Codex membranaceus, anni 1436, Foliorum 251, 18 1/4" altus et 13" latus. — I. / Aaa. 2.

Fol. 1a . . . 251b: **Petrus Quesvel,** directorium iuris. Inscriptio nulla. Initium: *„S.J quis ignorat, ignorabitur: i. Cor. xiiij, et hec verba ponuntur di. xxxviij c. qui ea* [10].*"* Inferius: *„ideo quia multe*

50) Fabricius Lib. IX in voc. Joannes Lignanus: „diem obiit A. 1383. ita enim Ghilino traditum Tom. 2. pag. 129. verius quam 1368. quod legitur in ejus epitaphio apud Pancirollum III. 25. de Juris interpretibus." Falso igitur Phillips, Kirchenr. Tom. IV. pag. 333. not. 63 coniectavit, Ioannem de Lignano mortuum esse a. 1386.

sunt opiniones et varie doctorum ita, quod pauci sunt doctores iuris canonici, qui in aliquibus non declarentur uel corrigantur per sextum decretalium et constitutiones extra vagantes, que ab aliquibus liber vij nuncupantur, nec aliquem doctorem adhuc uiderim, qui ista iura noua posuerit integre et perfecte: Jdcirco ego frater petrus, inter minores minimus, si non aurum nec argentum habeo, tamen duo minuta offerre cupio in gazophilacium ecclesie militantis, De omnipotentis gratia confisus . . . . . . ad ipsius et gloriose matris sue ac sanctorum omnium et specialiter beati ffrancisci honorem et laudem ac utilitatem eorum, qui cupiunt certum dare consilium tam in foro confessionis quam iudiciali, quia hic, quicquid pertinet ad quemlibet statum, poterit reperiri, per diuersas sentencias tam doctorum quam iurium recitaui, illam, que michi uidebatur verior et probabilior, eligendo, et loca signaui, vbi doctores scripserunt, ut illi, qui uoluerint illas opiniones plenius uidere, possint recurrere et aliam opinionem tenere, si eis fuerit melius reuelatum . . . . . . Jstud autem opus in quatuor libros uolui diuidere, ut, qui pauper est, non possit se excusare, quando possit ad minus illum librum habere, qui ad eius officium noscitur pertinere. Et ideo omitto scribere secundum ordinem decretalium et secundum ordinem alphabeti, ut totam vnam materiam continuam valeam pertractare. Jn primo libro tractatur de summa trinitate et de fide catholica et de vij sacramentis. Jn secundo de hijs, qui habent ecclesiastica sacramenta ministrare, et de hijs, que ad eos et recipientes sacramenta et eciam que possunt ad contractus varios pertinere. Jn tercio de criminibus, propter que a sacramentis possunt impediri, et de penis pro criminibus [in margine additur *communibus*] *imponendis. Jn quarto de hijs, que ad ius et iudicium pertinent, ut omnia fine debito ordinentur.*" Finis: „*Hec autem, domino adiuuante et sermonem confirmante, scripsi, semper habens aliquem doctorem uel plures in opinione, quam tenui, et elegi in predictis ut meliorem et securiorem omnimode concordantes. . . . . . . Ego enim rogatus a pluribus, presens opus compilaui, licet multa habuerim contraria propter infirmitates et alia, ac me detraxerint ardua negocia et diuersa. Adiutorio tamen illius, in quem speraui, meritis beate virginis marie ac beati ffrancisci operis cursum consummaui, a quo expecto michi premium reddi, cui laus est et gloria per infinita secula seculorum. Amen. Anno domini Millesimo quadricentesimo trecesimo sexto finitus est liber iste, Jn profesto xi M. virg.*" Sequitur index rerum cum inscriptione: „*Incipit tabula specialis secundum ordinem alphabeti super summam, que directoria iuris vocatur*" et eum subscriptione: „*Explicit tabula directorij iuris*" atque index Titulorum.

Hoc opere usus est Iacobus de Alvarottis in commentario super feudis, in cuius prooemio legimus (vd. Laspeyres, über die Entstehung und ält. Bearb. der Lib. feud. pag. 406): „Petrus Quesnel [leg. Quesvel], qui opus elegans et utile, sed rarum ac pene incognitum reliquit, quod directoriam iuris nuncupavit." Vd. etiam Oudin. Tom. III. col. 1168 et ibi citatos; Fabric. Lib. XV in voc. Petrus Quesvellus; Hänel, catalogi libror. manuscript. col. 484. vers. 21, col. 487 i. f.

CXXXV.

89.
Bbb. 18.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 233, 11³/₄" altus et 8¹/₄" latus. („1512. *Ex Arce Tapia.*")

Fol. 1ᵃ . . . 233ᵃ: **Henricus Bohic**, distinctiones in Librum I Decretalium Gregorii IX. Inscriptio vel subscriptio nulla. Praefatio incipit: „*[H]Onorabilibus et discretis viris, doctoribus, licenciatis, bacalariis et aliis scolaribus ad auditorium suum lecture decretalium de mane par. intrantibus henr. Bohic, leonensis dyocesis in Britania, inter alios utriusque iuris professores minimus, cum sui recommendacione Salutem in eo, qui est omnium vera salus, et cum debita correctione et utili emendacione perspicaciter intueri et salubriter attendere presens opus.*" Feller, catal. cod. msctor. bibl. Paulin. pag. 226. Nr. 8; Hänel,

catalogi libror. manuscr. col. 1085 in voc. Bohick; Irmischer, Handschriften-Kat. der Kgl. Univ.-Bibl. zu Erlang. Nr. 646 sqq.; Hain Vol. I. Pars I. Nr. 3682; Oudinus Tom. III. col. 1251.

De aetate Henrici Bohic dissensio est. Grässe enim Tom. II. Sect. III. pag. 637. Nr. 21 eum a. 1350 vita excessisse ait, Trithemius autem (catal. scriptor. eccl. Colon. 1531. 4°. Fol. CXXI^a) et Oudinus l. c. eum ad a. 1390 referunt, qua in re dubitationem movet, quod Henricus in epilogo distinctionum (vd. infra Nr. CXXXVIII), quae hominis iam provectioris aetatis esse videntur, se opus a. 1348 terminasse enunciat.

CXXXVI.

88. / Bbb. 17.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 365, 11¾" altus et 8⅝" latus. („1542. *Ex Arce Tapia.*")

1) Fol. 1^a . . . 279^b: **Henricus Bohic**, distinctiones in Librum III Decretalium Gregorii IX.

2) Fol. 280^a . . . 292^b: Auctoris incerti **Repetitio ad cap. 8. X. ne cler. vel mon.** (3, 50). Incipit: „*REpetiturus c. Sicud te, Stituatum sub Rubrica ne cle. uel mo., circa quod talem modum obseruabo et circa continuationem Rubrice non instabo causa breuitatis, Sed ad c. accedo.*"

3) Fol. 293^a . . . 303^a: **Bartholomeus de Sallceto**, repetitio de mora ad fr. 26. Dig. soluto matr. (24, 3). — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 41.

4) Fol. 303^b . . . 307^a: **Bartholomeus de Sallceto**, repetitio ad fr. 14. Dig. de re iud. (42, 1).

5) Fol. 307^a . . . 309^b: **Bartholomeus de Sallceto**, repetitio ad fr. 61. Dig. de verb. obl. (45, 1).

6) Fol. 309^b . . . 313^a: **Bartholomeus de Sallceto**, tractatus de mora. Incipit: „*Quero igitur primo ad declaracionem materie de tribus q*[uaestionibus] *principaliter, quarum prima est, quomodo mora describatur, 2^a, quomodo committatur, tercia, quid commissa operetur.*"

7) Fol. 313^a . . . 316^b: **Roffredus**, de pugna. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 7.

8) Fol. 317^a . . . 331^b: „*Incipiunt quedam auctoritates sanctorum et aliquorum auctorum pulcerrime et notabiles valde pro sermonibus conponendis.*"

9) Fol. 332^a . . . 333^b: **Iacobus de Arena**, de excussionibus bonorum. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 10.

10) Fol. 333^b . . . 337^a: **Iacobus de Arena**, de praeceptis iudicum. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 9.

11) Fol. 337^a . . . 344^b: **Bartolus**, glossae contrariae. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 39.

12) Fol. 344^b . . . 365^b: **Bartolus**, liber minoritarum decisionum. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 38.

CXXXVII.

86. / Bbb. 15.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 290, 11¾" altus et 8⅞" latus. („*Ex Arce Tapia.* 1542.")

1) Fol. 1^a . . . 114^b: **Iacobus Rodewicz**, lectura Libri IV Decretalium Gregorii IX. Inscriptio nulla. Initium: „*IN nomine domini amen; formato homine ad ymaginem et similitudinem dei.*" Subscriptio: „*Finita est hec lectura conscripta et lecta per Jacobum rodewicz de Jhenis, magistrum in artibus et Bacalarium in Jure canonico, in studio Erffordn., anno domini M° cccc° vij° in vigilia beate Marie magdalen. hora vesperorum, de quo deus gloriosus in secula sit benedictus. Amen.*"

2) Fol. 115^a . . . 121^a: Auctoris incerti **Tractatus de nuptiis et de Ioannis Andreae summa arborum consanguinitatis et affinitatis.** Fol. 122 vacuum est.

3) Fol. 123ᵃ ... 235ᵃ: **Henricus Bohic**, distinctiones in Librum IV Decretalium Gregorii IX. Subscriptio: „*Explicit quartus liber distinccionum Magistri henrici Bouyck, vtriusque Juris doctoris sollempnissimi, finitus et completus anno dominj M° cccc° viii° feria quinta post Jnuocauit, deo gratias.*"

4) Fol. 235ᵇ ... 242ᵇ: **Bonincontrus**, summa de quatuor modis procedendi super criminibus. — Cf. Steffenhagen, Beitr. §. 35.

5) Fol. 243ᵃ ... 254ᵇ, 267ᵃ ... 278ᵇ, 255ᵃ ... 256ᵃ [51]): **Ioannes Calderinus**, de ecclesiastico interdicto.

6) Fol. 256ᵃ ... 261ᵇ: Auctoris incerti **Tractatus de ecclesiastico Interdicto** inc.: „[Q]*Via per interdictum sacrorum canonum censura ecclesiastica superuenit.*"

Fol. 1ᵃ...457ᵇ: **Judith de Bourgau** († 1704), *Abbregé de L'Histoire de L'Eglise et de L'Empire tiré des Livres de Mons. Jean le Seueur. — Tome premier* (a creatione mundi usque ad finem seculi X), continens: *Abbregé De Quatre Principaux Empires du Monde, sçavoir* 1. *D'Assirie ou de Babilone.* 2. *De Perse.* 3. *De Grece.* 4. *Des Romains. Konigsberg Anno* 1701. Praecedit (ut in reliquis Tomis) dedicatio C[aroli] de Rameru, mariti sororis Iudithae de Bourgau, typis impressa a. 1705: „A Monsieur de Fehr, Conseiller d'etat, et privé de sa Majesté Prussienne et de son Altesse Serenissime Monseigneur le Duc Charles Philippe Palatin du Rhin &c. &c.“ In principio codicis haec nota: *Receuils de l'Histoire universelle en 6 Tomes, assemblez et escrits de la propre main de Iudithe de Bourguau Fille de Charle de ce nom, Gentillhomme Francois, pendant les quatres dernieres anneez de sa vie, qu' Elle á finis en l'an 1706*[31]) *á Cönigsberg, ou Elle estoit refugiè avec plusieurs de ses Parens á cause de la Religion Evangelique, pour estre conservez á sa Memoire, dans la Bibliotheque Royalle, parmy les livres que le fu Prince Boguslaw Radziwill y á leguez par son Testament.*

---

31) Vel potius a. 1704 16. Septembr., ut testatur Charles de Rameru ad calcem Tomi VI.

CCCXXV.

Codex chartaceus, anni 1703, Foliorum 472, in folio. — 1064. / B. R. 343.

Fol. 1ᵃ . . . 472ᵇ: **Judith de Bourgau,** *Abbregê des qvatre Monarchie. Tome devsiesme de l'histoire des qvatre empire et dv Monde. Annêe* 1703 (1000 . . . 1641).

CCCXXVI.

Codex chartaceus, anni 1703, Foliorum 417, in folio. — 1065. / B. R. 344.

Fol. 1ᵃ . . . 417ᵃ: **Judith de Bourgau,** *Abbregê de l'histoire de l'empire et du monde. Tome troisieme. Annêe* 1703 (1643 . . . 94).

CCCXXVII.

Codex chartaceus, anni 1704, Foliorum 526, in folio. — 1066. / B. R. 345.

Fol. 1ᵃ . . . 526ᵇ: **Judith de Bourgau,** *Les estazs, empires, et principavtêz dv monde. Representez par la description des pays, Moeurs des habitans, Richesses des Prouinces, les forces, le gouuernement, les Religion, & les princes, qui ont gouuernê chacun estat. Avec l'origine de toutes les Religions, & de tous les chevaliers & ordres Militaires. An* 1704. Tom. IV.

CCCXXVIII.

Codex chartaceus, anni 1704, Foliorum 396, in folio. — 1067. / B. R. 346.

Fol. 1ᵃ . . . 396ᵃ: **Judith de Bourgau,** *Abbregê de l'Histoire de l'empire et dv Monde. Tome cinqqiesme. Annee* 1704 (1694 . . . 1704).

CCCXXIX.

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 397, in folio. — 1068. / B. R. 347.

Fol. 1ᵃ . . . 389ᵇ: **Judith de Bourgau,** „Recevils de l'Histoire universelle", Tom. VI. Adiunctae sunt (Fol. 391ᵃ . . . 397ᵃ) Caroli de Rameru notae historicae de familia Bourgau et de sua familia.

CCCXXX.

Codex chartaceus, seculi XIX, Foliorum 73, in quarto. — 1993.

Fol. 1ᵃ . . . 73ᵃ: **Ebert,** „Universal-Geschichte". Erhardus Hagen scripsit.

CCCXXXI.

Codex chartaceus, seculi XIX, Foliorum 110, in quarto. — 1994.

Fol. 1ᵃ . . . 110ᵃ: **Ebert,** *Alte Geschichte.* Erhardus Hagen scripsit.

CCCXXXII.

Codex chartaceus, seculi XIX, Foliorum 57, in quarto. — 1999.

Fol. 1ᵃ . . . 57ᵃ: **Drumann,** *Asiatische Geschichte.* Erhardus Hagen scripsit.

CCCXXXIII.

2000. Codex chartaceus, seculi XIX, Foliorum 132, in quarto.

Fol. 1a ... 132a: **Drumann,** *Römische Geschichte.* Erhardus Hagen scripsit.

CCCXXXIV.

1282. / Yy. 62. Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 228, in folio.

1) Fol. 1a ... 32b: *Incipit tractatus de quatuor virtutibus cardinalibus per exempla antiquorum.*

2) Fol. 33a ... 56b: Aurea Bulla Caroli IV. — Cf. Fasc. I. Nr. XXVIII.

3) Fol. 57a ... 115b: **Historia Alexandri Magni,** Leoni Archipresbytero Neapolitano, uti videtur, tribuenda. Praecedit prologus inscriptus: *Prologus quidem in historiam magni allexandri.* Inde a verbis: *Allexander, rex macedonum vicesimus, philippi regis, ut putabatur, filius* usque ad verba: *Calistonem quoque philosophum sibique apud aristotelem condiscipulum cum multis regni principibus interemit* et a verbis: *Allexander quoque post mortem darij* usque ad verba: *Sed quia idem alexander multa mira legitur peregisse, que scire multi delectantur, libet* [postea: *libros*] *de uita eius aliqua particulariter descerpere, quare, ut animis delectacionem querentium valeam satisfacere, nunc venio ad suorum gestorum narracionem* prologus hic cum eo convenit, quem exhibet Ekkehardus Uraugiensis in suo Chronico universali, vd. Pertzii Monumenta Germaniae historica, Scriptorum Tom. VI pag. 61. vers. 29 ... 36 et pag. 62. vers. 1 ... 11. Reliqua, quae apud Ekkehardum (pag. 61. vers. 36 ... 67) intercedunt, in nostro prologo omissa sunt. Deinde sequitur inscriptio: *Incipit historia magni Imperatoris allexandri, regis macedonum. — c. j. qualiter neptanabus rex egipti venit macedoniam.* Initium: *SApientissimi quidem egipcij, scientes mensuram terre atque vndarum maris profunditatem et celestium ordinem cognoscentes et stellarum cursum computantes* etc. Haec sunt verba Leonis Archipresbyteri, vd. Fr. Jacobs, Beiträge zur ältern Litteratur I, 415 sqq. Leipzig 1835. Pertzii Archiv VII, 491 sqq. et Jul. Zacher, Pseudocallisthenes. Halle 1867. pag. 111. Finis: *natus autem fuit quindecimo die mensis decembris. Decursa autem etate, memorabili gestorumque mirabili sequenti die mensis eiusdem defunctus est ille mirabilis in operibus allexander.* Subscriptio: *Finitur historia Allexandri Magnj Anno dominj* 1412 *Mensis Julij In castro fredek.*

4) Fol. 116a ... 120b et[32]) Fol. 122a ... 126a: **Ioannes Presbyter,** De ritu et moribus Indorum. Inscriptio: *Descripcio Indie et Mirabilibus eius.* Initium: *PResbiter Iohannes, potencia et virtute domini nostri ihu. cristi rex regum et dominus dominancium vniuerse terre, Michaele* [al. Manueli] *Romano Imperatori et gubernatori Salutem cum gaudio et gracia ditandi ad ulteriora transire.* Finis: *Datum Bibrich*[33]) *xv kalendas mensis aprilis Anno domini M° quadragesimo primo. De confirmacione uero omnium, que supra scripta sunt, quidam cardinalis nomine stephanus sub pollicitacione sue fidei dicebat, esse verissima, et omnibus patenter pronuncciabat.* Opusculum saepius seculo XV sine loci et anni nota impressum, vd. Panzer, Annales typogr. IV, 292. n°. 40 IX, 181. n°. 203. Hain, Repertorium bibliogr. n°. 9428, 9429. Brunet, Manuel du libraire. 5ème édit. III, 546. Graesse, Trésor III', 466 sq. Idem opusculum ex codice Parisino seculi XII, qui breviorem textum quam noster praebet, denuo edidit Achille Iubinal, Oeuvres com-

32) Folium 121 pertinet ad tractatum sequentem; inserendum enim est inter Fol. 133 et 134.

33) Eiusdem loci mentio fit in ipso opusculo Fol. 124a his verbis: *Sed et omni die, quando sumus in ciuitate illa bibrich, in qua situm est pallacium illud,* etc.

plètes de Rutebeuf trouvère du XIII[e] siècle. Paris 1839. 8°. II, 442 sqq. De versione Franco-Gallica vd. Iubinal l. c. pagg. 454 sqq. Brunet l. c. IV, 119 sq. Graesse, Trés. IV, 694 et de reformatione metrica Germanica vd. Altdeutsche Blätter von Moriz Haupt u. Heinr. Hoffmann I, 308 sqq. Karl Goedeke, Deutsche Dichtung im Mittelalter pag. 867. Cf etiam Histoire littéraire de la France XXI, 797 sqq.

5) Fol. 126[a] ... 133[b], 121[a, b], [34]) 134[a]: **Radulphus de Columna,** De translatione Imperii. Inscriptio: *Incipit tractatus de translacione Imperij Romani de grecis ad francos et de francis ad almannos siue teotonicos.* Initium: *UEstra nuper dileccio postulavit, ut de statu et mutacione romani jmperij aliqua sub compendio describerem, per que plena de ipso possit haberi noticia sub breuitate scripture.* Subscriptio: *Explicit tractatus de translacione Imperij romani de grecis ad francos et de francis ad almannos siue Theotunicos, scriptus per Simonem bohemum, et est finitus in fredek Anno domini M°. quadringentesimo xiij In vi. trinitatis.* Typis excusus est tractatus apud (Simonem Schardium), De iurisdictione, autoritate, et praeeminentia imperiali, . . . uariorum Authorum scripta. Basileae (1566). fol. pagg. 284 sqq. et in (Goldasti) Monarchiae S. Romani Imperii Tom II, 88 sqq. inde a Fol. H 2 vers. [35]) Cf. Pütter, Litteratur des Teutschen Staatsrechts I, 67. F. Förster, Allgemeine Monatsschrift für Wissenschaft u. Literatur 1853. pag. 839. Stobbe, Geschichte der deutschen Rechtsquellen I, 455.

6) Fol. 134[b]: Remedia, versibus hexametris scripta. Sunt autem haec: *Regimen bonum contra pestem Epidimie — Pillule pestilenciales — Contra venenum.*

7) Fol. 135[a] ... 143[b]: **Ioannes de Mandeville,** Itinerarius, initio et in fine mutilus. Nomen auctoris colligitur ex his verbis (Fol. 142[b]): *hanc vallem pertranssijt Iohannes mentiuil, miles et auctor horum.* Vd. Graesze, Lehrbuch einer allgem. Literärgeschichte II. 2. pagg. 773 sqq.

8) Fol. 144[a] ... 171[b]: **Theodoricus de Apolda,** Vita S. Elisabethae Landgraviae Thuringiae. Potthast, Bibliotheca historica medii aevi. Berlin 1862. pagg. 680 sq. Supplement ibid. 1868. pag. 142.

Folia 172 ... 174 vacua relicta sunt.

9) Fol. 175[a] ... 185[a]: **Ioannes Canaparius,** Vita S. Adalberti Episcopi Pragensis, cum Miraculis iisdem, quae impressa sunt in Pertzii Monumentis Germaniae historicis, Scriptorum Tom. IV, 613 sqq. et a Toeppenio, Scriptores rerum Prussicarum II, 412 sqq. Cf. Potthast l. c. pag. 580 et Suppl. pag. 123.

Sequitur unum Folium vacuum.

10) Fol. 187[a] ... 214[b]: **Albertanus Brixiensis,** Liber de consolatione et consilio. Subscriptio: *Explicit liber consolacionis et consily, quem albertinus causidicus brixensis de ore sancte agathe compilauit. Anno domini* 1453. Graesze, Literärgeschichte II. 2. pag. 260.

In fine accedunt apophthegmata haec:

Rede nicht vil vnde mache das war,
Borge wenig vnde gilt das gar,
Wisse vil vnde wenig sage,
Nicht antwerte off alle frage.

Si allen leuthen fruntlich,
Nicht vil leuthen alczu heymelich,
Vil getrawen ist nicht gut,
Nymant weisz das andern Muth.

---

34) Vd. supra not. 32.
35) Notandum est, quod paginarum numeri inde a pag. 86 bis positi sunt.

Habe vor gut yderman,
Du weist nicht, was ein ander kan.

11) Fol. 215ª ... 216ª: Narratio, incipiens: *Pro Solacio narro, quod audiui. ffuit in diebus illis miles quidam strenuus, juuenis opulentus Et multa probitate conspicuus, habens vxorem ingenti formositate decoram, quam tenerrime diligebat.* Eandem narrationem cum duabus aliis e codicibus nº. 101 et 102 (Fasc. I. Nr. CIII, CIV) publici iuris fecit Schade in Pfeifferi Germania XIV, 275 sqq. 1869. Cf. Altpreuss. Monatsschrift VIII, 566.

12) Fol. 216ᵇ: *Ad incaustum faciendum — Item aliud bonum Incaustum.* — Cf. Anzeiger für Kunde der Deutschen Vorzeit 1871. coll. 374 sq.

13) Fol. 217ª ... 228ᵇ: Sermones aliaque theologica.

CCCXXXV.

1835. I.II.

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 207, duobus Voluminibus constans, in octavo.

Fol. 1ª ... 207ª: **Vitae Imperatorum Romanorum,** a Gaio Iulio Caesare usque ad Ludovicum Bavarum.

CCCXXXVI.

1991.

Codex chartaceus, seculi XIX, Foliorum 219, in quarto.

Fol. 1ª ... 219ᵇ: **Ebert,** 1) *Alte Geschichte (Griechische).* 2) *Neue Geschichte (Französische Revolution* etc.). Erhardus Hagen scripsit.

CCCXXXVII.

1226.
Yy. 7.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 300, in folio.

1) Fol. 1ª ... 192ᵇ: **Petrus Blesensis** († cca. 1200), Epistolae. Sunt CLXXXII et alio ordine dispositae, quam in Maxima Bibliotheca veterum Patrum. Tom. XXIV. Lugduni 1677. fol. pagg. 930 sqq. Prima, ut in editione citata, ad Henricum II. Anglorum Regem incipit: *Rogatus a vobis epistolas, quas passim et varijs direxi personis, colligere.* Ultima, in editione CXXXVII, ad magistrum Alexandrum de Sancto Albano incipit: *Totis medullis anime.*

2) Fol. 193ª ... 225ª: **Chronicon de gestis Romanorum Pontificum et Imperatorum,** ab orbe condito usque ad a. 1261 (vel potius 1264), a Thuringensi quodam fratre ordinis praedicatorum compilatum. Incipit: [I]*N nomine domini nostri ihu xpi. In hac compilacione, que de diuersis excerpta est, videlicet de iure canonico, De ecclesiastica historia, De orosio, De cronicis Eusebij, Ieronimi et aliorum, De libro, qui dicitur gemma anime, De opusculo, quod vocatur ordo romanus, ostenduntur legere volentibus aliqua de gestis siue statutis romanorum pontificum et de statu bono vel malo imperatorum; Insuper quibus qui successerint tam in sede apostolica, quam eciam in romana republica; Preterea quibus qui memorati principes contemporanei fuerint, a beato petro apostolo et a cesare augusto usque ad annum domini M. cc. lxj.* Pergit tamen Chronicon usque ad a. 1264 et finitur narratione de cometa, qui illo anno apparuit: *Visa est* [sc. stella] *circa festum sancte marie magdalene primo et usque ad octauam sancti augustini apparuit.* Hoc Chronicon, usque ad a. 1474 continuatum, ediderunt Leibnitius, Scriptorum Brunsvicensia illustrantium Tom. III. Hanoverae 1711. fol. pagg. 558 sqq. atque iterum Pistorius, Rerum Germanicarum scriptores. [Tom. I.] Ratisponae 1731. fol. pagg. 1057 sqq. Cf. Docen, Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtkunde II, 79 sqq. et III, 17 sqq. Wattenbach, Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-

Quellen XIV, 11 sqq. (Iter Austriacum) et Deutschlands Geschichtsquellen 2. Aufl. pag. 512 cum not. 1. Pfeiffer in Hauptii Zeitschrift IX, 4, 66 sq. — Nostri codicis mentionem fecit Toeppen, Scriptores rerum Prussicarum I, 10, 227.

3) Fol. 229ᵃ ... 304ᵃ: Declaratio de septem mulieribus secundum Isaiae vaticinium (IV, 1). Initium: *Apprehendent septem mulieres virum vnum . . . Hec de futuris contingentibus verba predixit ysa*[ias] *propheta.*

4) Fol. 304ᵃ ... 309ᵃ: *Sequitur sermo de symone et iuda* et duo alii [M]*Issus est gabriel angelus, lluce j°* (Evang. Luc. I, 26) et [E]*xurge*[n]*s maria abijt . . . . , luce j°* (ibid. I, 39).

CCCXXXVIII.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 305, in folio. *(1542. Ex Arce Tapia.)* 1339. Yy. 115.

1) Fol. 1ᵃ ... 165ᵇ: **Petrus Blesensis**, Epistolae. Plenus earum numerus est CLVI, nec, ut falso numeratur in codice, CL. Ordo maximam quidem partem, sed non plane convenit cum editione supra ad Nr. CCCXXXVII, 1 citata.

2) Fol. 166ᵃ ... 174ᵇ: Aurea Bulla Caroli IV. *Nota die bulle, die der pfalczgraue hat.*

3) Fol. 175ᵃ ... 195ᵃ: Formulae orationum super thematibus theologicis, deinde orationis legati cuiusdam Paduam ad Regem missi *(1404 antepenult. Decembr.)*, denique epistolae unius.

4) Fol. 196ᵃ ... 245ᵇ: **Boetius**, De consolatione philosophiae Libri V, cum glossis interlinearibus et marginalibus. In fine unum Folium evulsum est, ita ut textus abrumpatur: *eum ambulare necesse est. Quod enim* (Obbarius pag. 114. vers. 11, 12). Alium codicem Boetii possidemus n°. 1782 et Pseudo-Boetiana De hebdomadibus et De summo bono (Obbar. pag. XVII cum not. 38 in fi) n°. 160. De codicibus Bibliothecae urbicae vd. [Uhle,] Sylloge nova epistolarum varii argumenti. Vol. I. Norimbergae 1760. pag. 684, cf. Andr. Wilh. Cramers kleine Schriften, hrsg. von H. Ratjen. Leipzig 1837. pag. 204.

5) Fol. 246ᵃ ... 276ᵇ: **Iacobus de Cessolis**, De moribus hominum et de officiis nobilium super ludo scacchorum. Graesze, Literärgesch. II. 2. pagg. 450 sqq. Versionem Germanicam manu scriptam, quae typis etiam saepius excusa est, possidet Bibliotheca urbica in codice signato: „S. 18. fol." Fol. 74ᵃ sqq.

6) Fol. 277ᵃ ... 285ᵇ: De urinis. Initium: [U]*Rinam primam noctis depone.*

7) Fol. 285ᵇ ... 297ᵇ: De sanitate conservanda. Initium: [P]*Rima consideracio sanitatis conseruande pertinet ad aëris eleccionem.*

8) Fol. 297ᵇ ... 300ᵇ: De pestilentia.

9) Fol. 300ᵇ ... 304ᵃ: De phlebotomia.

10) Fol. 304ᵃ ... 305ᵃ: Formulae officinales.

CCCXXXIX.

Codex chartaceus, seculi XIX, Foliorum 205, in quarto. 1995.

Fol. 1ᵃ ... 205ᵇ: **Schubert,** *Mittlere Geschichte.* Erhardus Hagen scripsit.

CCCXL.

Codex chartaceus, seculi XIX, Foliorum 251, in quarto. 1992.

Fol. 1ᵃ ... 251ᵃ: **Ebert,** *Neue Geschichte.* Erhardus Hagen scripsit.

C) EUROPA.

CCCXLI.

1918.

Codex chartaceus, anni 1602, Foliorum 109, in folio.

Fol. 1ᵃ ... 109ᵇ: *Allerley sachenn Darin Geschribenn Im Jahr vnnsers herenn vnndt haillanndts Iesu Christi* 1602 *Ady* 10 *Augusto Inn Nurmberg.*

CCCXLII.

1916. [Ob. 176. fol.]

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 483, in folio.

Fol. 1ᵃ ... 483ᵃ: *Historia Seculi XV. et XVI.* [nec non XVII.], usque ad a. 1689, a Maximiliano I. usque ad Leopoldum I. Imperatorem Romanum.

CCCXLIII.

1756. [Od. 706. 8°.]

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 209, in octavo.

Fol. 1ᵃ ... 209ᵇ: Collectanea ad historiam civitatum Europae recentiorum (absque titulo).

CCCXLIV.

2013. [Oa. 130. 4°.]

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 522, in quarto. *(H. H. Katt, const: 4 rl.)* (Ex Bibliotheca Academica Regimontana.)

Fol. 1ᵃ ... 522ᵇ: **Nicolaus Hieronymus Gundling** († 1729), *Discours über die Staaten von Europa nebst dem Ceremoniel derer Gesandten.* Cf. Nic. Hier. Gundlings Ausführlicher Discours über den ietzigen Zustand Der Europäischen Staaten . . . Theil I, II. Franckfurth und Leipzig 1733, 34. 4°. Codicis nostri caput XVI *(Von den jetzigen Friedens Tractaten)* in editione omissum est (vd. ibid. II, 894).

CCCXLV.

1789.

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 35, in quarto.

Fol. 1ᵃ ... 35ᵃ: Notae statisticae, maximam partem ad populationem quod attinet, de praecipuis Europae civitatibus et urbibus (1739 ... 82).

D) GERMANIA.

CCCXLVI.

1080. / Xx. 11.

Codex membranaceus, seculi XIV, Foliorum 308, in folio.

1) Fol. 1ᵃ ... 172ᵃ: Tractatus theologicus per modum dialogi patris et filii, de verbis, quibus incipit: *FIli, accedens ad seruitutem dei, sta in iusticia et timore* etc. (Ecclesiastic. II, 1). In Fol. 3ᵇ col. 1 auctor dicit: *Hoc igitur attendens, in hoc tractatu per modum dyalogi, videlicet interrogantis et respondentis procedere disposui, hoc est patris spiritualis respondentis et instruentis, ffilij uero spiritualis interrogantis et informacionem recipientis.*

2) Fol. 173ᵃ ... 298ᵃ: **Caesarius Heisterbacensis** († 1240), Dialogus miraculorum. Cf. supra Nr. CCCXXII, 2. Potthast, Bibliotheca historica medii aevi pag. 179 et Supplem. pag. 52.

3) Fol. 298ᵃ ... 300ᵃ: **Septem Miracula**. — Edita a Carolo Hopfio, Sieben Wundergeschichten aus dem XIII. Jahrhundert, in Pfeifferi Germania. XVI, 308 sqq. 1871.

4) Fol. 300ᵃ ... 304ᵇ: *De uita hugonis monachi in thennibach.* Vd. Io. Dan. Schoepflinum, Historia Zaringo Badensis Tom. V. Carolsruhae 1765. 4°. pagg. 142 sqq. n°. LXXVII, ubi caput secundum huius vitae „ex codice Tennebacensi" exscriptum est. Cf. Hopfium l. c. pag. 308.

5) Fol. 305ᵃ ... 308ᵇ: Index capitulorum Caesarii et eorum, quae n°. 3, 4 accedunt.

CCCXLVII.

1264. / Yy. 46.

Codex chartaceus, seculi XIV, Foliorum 265, in folio.

Codex praecedenti simillimus. Continet enim n°. 1 ... 4 eadem, quae praecedens n°. 2 ... 5. Alia adiecta sunt.

1) Fol. 1ᵃ ... 201ᵃ: **Caesarius Heisterbacensis,** Dialogus miraculorum.

2) Fol. 201ᵇ ... 204ᵇ: **Septem Miracula.**

3) Fol. 204ᵇ ... 210ᵇ: *De uita hugonis monachi in thennibach.*

4) Fol. 211ᵃ ... 217ᵃ: Index capitulorum Caesarii, Miraculorum et Vitae Hugonis.

5) Fol. 218ᵃ ... 240ᵇ et Fol. 242ᵃ ... 265ᵃ: **Nicolaus de Dinkelspeel,** „Sermones de Passione dominj Iesu Christi, et Oratione dominica." Graesze, Literärgeschichte II. 2. pag. 334.

CCCXLVIII.

1911. [Ob. 170. fol.]

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 109, in folio.

Fol. 1ᵃ ... 109ᵃ: *Geschichte Der Graffschafft Hohenstein.*

CCCXLIX.

1914. [Ob. 173. fol.]

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 110, in folio.

Fol. 1ᵃ ... 110ᵃ: *HISTORIA ARCANA IULIACO CLIVENSIS . . . De Anno* 1595 *bis* 1597. Vd. Naumann, Catalogus librorum manuscriptorum, qui in Bibliotheca senatoria civitatis Lipsiensis asservantur. Grimae 1838. 4°. Nr. CCCCL. pag. 140.

CCCL.

1885. [S. 111. fol.]

Codex chartaceus, seculi XVIII ineuntis, Foliorum 80, in folio. (Ex Bibliotheca a Boguslao Radzivilio Bibliothecae Electorali legato donata a. 1671.)

Fol. 1ᵃ ... 80ᵇ: **Ioannes Iacobus Schrotberg,** *Der Weyland Durchlauchtigsten Fürstin und Frauen Fr: Lovise Charlotte, Pfaltz Gräffin bey Rhein . . . Gebohrnen Furstin von Radzivill* († 1695, 23. Mart.) . . . *Pia novissima* etc. (Regimonti 1705?). — Cf. Zedleri Universal Lexicon Aller Wissenschafften u. Künste XXXV, 1273 sq. Leipzig u. Halle 1743. fol. et Iöcher, Allgemeines Gelehrten-Lexicon IV, 363, qui citat: „Allgemeines Historisches Lexicon", in cuius IIᵈᵃ editione nihil de auctore nostro reperitur. Videtur autem scripsisse auctor circa a. 1705, quum in titulo se nominet: *Hoff-Prediger in Königsberg,* qualis illo anno, testante Iöchero, institutus est.

CCCLI.

1984. [H.71.4°.]

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 114, in quarto. (Ex Bibliotheca Academica Regimontana.)

Fol. 1ª ... 114ª: **Michael Rhode** (Prof. publ. ord., † 1712), *Eigentliche Nachricht von dem Zustande des heil: Röm: Reichs Deutscher Nation, wie solches in einer Politischen Verfassung anitzo zu bestehen pfleget. In einem Collegio vorgetragen . . . zu Frankfurth an der Oder.* De auctore vd. Iöcher, Gelehrten-Lexicon III, 2052.

E) BORUSSIA, MARCHIA, POMERANIA.

CCCLII.

1901. [Ob. 439. 4°.]

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 216, in quarto.

Fol. 1ª ... 216ª: *Vom Königreich Preussen* (usque ad tempora Friderici II.).

CCCLIII.

1723.

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 96, in folio.

Fol. 1ª ... 96ª: *Acta Bey zu Entscheidung der Streitigkeiten zwischen denen Pächtern und Verpächtern Adelicher Güther wegen der Krieges-Schäden anzufertigendes Reglement betreffend* (1761/62).

CCCLIV.

Gotthold 22,802.

Codex chartaceus, seculi XIX, Foliorum 219, in quarto.

Fol. 1ª ... 219ª: **Frid. Guil. Schubert,** *Die Geschichte des Preussischen Staats, vorgetragen Albertina. Wintersemester* 1826/27.

CCCLV.

1908. [Ob. 167. fol.]

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 93, in folio.

Fol. 1ª ... 93ᵇ: **Iohann Bonninger,** *Genealogia des Hochlöbl: Chur- und Fürstlichen Hauses Brandenburg* (usque ad a. 1579). Cf. Rotermund, Fortsetzung u. Ergänzungen zu Iöchers Gelehrten-Lexiko IV, 1991. Georg. Gothofr. Kuester, Bibliotheca historica Brandenburgica. Vratislaviae 1743. 8°. pagg. 333 sqq. Kletke, Quellenkunde [I], 46. n°. 51.

CCCLVI.

1909. [Ob. 168. fol.]

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 163, in folio.

Fol. 1ª ... 163ᵇ: **Petrus Haftitius,** *Chronicon Marchicum* (1388 ... 1595), praemissa dedicatione ad Consules Spandavienses *(Geben in H. Weynachts Tagen des Herrn Iesu Christi des angehenden* 1595. *Jahres).* Chronico antecedit de Marchionibus Brandenburgensibus idem, atque in codice sequente, libellus. In fine adiectus est haec nota: *Anno* 1700 *den* 18. *Decembr: Reyseten Se. Churfürstl. Durchl: nacher Preussen und liessen den* 18. *Januar:* 1701 *folgenden Jahres sich zu Königsberg in Preussen crönen* etc. Cf. Kletke, Quellenkunde [I], 32 sqq. n°. 23.

CCCLVII.

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 164, in quarto.

Fol. 1ᵃ ... 164ᵇ: **Petrus Hafftitius**, *Wahre, Eugendliche und Gründliche Beschreibung des Zustandes der Chur Brandenb:* . . . *von* 1388 *Jahr nach Christi geburht biss auf das* 1596. *Jahr* etc, etiam sub titulo: *Manuscriptum Micre Cronicon Marchium, das ist Ein Klein geschrieben Jahr-Buch, in welchen Kurtzl: und Eygendtlich verfasset ist der Uhrsprung und Ankunfft des Uhralten heroischen und hochlöbl: Chur- und Furstl: Stams der Marggrafen zu Brandenb:* . . . *Anno M: DXCVII.* Itaque praecedit, ut in codice n°. 4 fol. Bibliothecae senatoriae Berolinensis (Kletke I, 33 sq.): *Von dem Uhrsprunge und Ankunfft dem* [sic] *Uhralten heroischen und hochlobl: Chur- und Furstl: Stamms der Marggrafen zu Brandenburg* etc. In fine codicis nonnulla desunt.

CCCLVIII.

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 185, in quarto.

Fol. 13ᵃ ... 185ᵇ: **Petrus Hafftitius**, *Kurtze und Wahre Beschreibung des Zustandes der Chur- und Fürstenthums Brandenburg* . . . *vom* 1388. *Jahre nach Christi Geburt biss auff diese Zeit* etc. (1598), cum indice rerum alphabetico. Praemittitur (Fol. 1ᵃ ... 11ᵃ) dedicatio ad Consules Bernavienses d. d. Berolini 24. Iun. 1597. Ad calcem: *NB. In dem Manuscript, wovon diese Copie gezogen ist, hat das letzte Blat gefehlet, und muss folgbar auch diese Copie in so weit sich vor mangelhafft erkennen.*

CCCLIX.

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 93, in folio.

Fol. 1ᵃ ... 93ᵃ: **Christoph Caspar von Bluhmenthal**, *Fleissige Verzeichniss und Nachricht in Churfürstlicher Durchläuchtigkeit zu Brandenburg Verschikungen seiner von Berlin aus durch Braband und Frankreich Anno* 1660 *nacher Spanien gethanen Reyse und selbiger Orten gehabten Expedition* etc. Vd. Martin Friedrich Seidel, Bilder-Sammlung, . . . mit beygefügter Erläuterung, . . . von George Gottfried Kuester. Berlin 1751. fol. pag. 24. not e. Adelung, Fortsetzung u. Ergänzungen zu Iöchers Gelehrten-Lexico I, 1929 sq.

CCCLX.

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 1769, constans quinque Voluminibus, in folio.

Fol. 1ᵃ ... 1769ᵇ: **Elias Loeckelius**, *Marchia Illustrata* . . . *vom Anfange der Welt her, bis ad Annum Christi* 1680 etc. Tom. I ... V. Cf. Kletke, Quellenkunde [I], 38 sqq. n°. 32.

CCCLXI.

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 77, in folio.

Fol. 1ᵃ ... 77ᵇ: *Ceremoniale Brandenburgicum.*

CCCLXII.

1913.
[Ob. 172.
fol.]

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 139, in folio.

Fol. 1ᵃ ... 139ᵃ: **Paulus Creusingius**, *Chronicon Aller Regierenden Margraffen und Churfürsten zu Brandenburg, von Anfang her, so lange dis Land eine Marggraffschafft des Heyl: Röm: Reichs gewesen, bis auf den Durchlauchtigsten, Hochgebohrnen Churfürsten und Herrn Iohann Georgium, Ietztregierenden Unsern gnädigsten Herrn, samt denen fürnehmsten Historien der Marck. — Auf Bitte und Begehren des Ehrbahren und Wohlweysen Raths der Stad Belitz zu sammen getragen und abgefasset. — Anno Christi MDLXXII*, cum continuatione usque ad a. 1697. Cf. Naumann, Catalogus libror. manuscriptorum Nr. CCCCXLVI, a. pagg. 139 sq. Kletke, Quellenkunde [I], 26 sq. nº. 15.

CCCLXIII.

1910.
[Ob. 169.
fol.]

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 83, in folio.

Fol. 1ᵃ ... 77ᵃ: **Ioachimus Conradus Stein**, *Epitome Historica Episcoporum Havelbergensium. Das ist Eine kurtze Beschreibung aller Bischöffe zu Havelberg, wie Selbige von Udone dem Ersten, bis auff Ioachimum Fridericum den letzten, den Bischöfflichen Stuhl nach einander besessen haben. — CIↃ DC XCVII.* Liber typis exscriptus est apud [Georg. Gottfr. Kuesterum], Collectio opusculorum historiam Marchicam illustrantium. 13ᵗᵉˢ ... 15ᵗᵉˢ Stück. Berlin 1733. 8º et Latine apud Io. Petr. de Ludewig, Reliquiae manuscriptorum omnis aevi diplomatum ac monumentor. VIII, 263 sqq.

In fine post subscriptionem: *Und so viel vom Catalogo der Bischöffe zu Havelberge* accedit (Fol. 77ᵃ ... 83ᵃ) relatio de pugna Witstochiensi a. 1636 *(aus des Zieglers Schau Platz der Zeit, mutatis mutandis)*. Vd. Heinrich Anshelms von Ziegler und Kliphausen Täglicher Schau-Platz der Zeit. Leipzig 1695. fol. pagg. 1170 sq. Haec relatio etiam exstat apud Kuesterum l. c. pagg. 136 sqq., econtra deest in textu Latino apud Ludewig l. c.

CCCLXIV.

1906.
[Ob. 165.
fol.]

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 336, in folio.

Fol. 1ᵃ ... 336ᵃ: **Iohann Ioachim Moeller**, *Chroniciolum Berolinense, das ist Allerhand Berlinische Historien* (usque ad a. 1701). De auctore vd. Rotermund, Fortsetzung u. Ergänzungen zu Iöchers Gelehrten-Lexico IV, 1867.

CCCLXV.

2016.
[Ob. 198.
4º.]

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 172, in quarto.

Fol. 1ᵃ ... 172ᵇ: **Gotthard Mercker**, *Marck und Kern Von Der Marck Brandenburg; Oder Kurtze Beschreibung Derselben, In Dreyen Theilen ordentlich abgefasst; Darinn gehandelt wird: I. Von der Beschaffenheit des Landes, II. Von der Gestalt der Königlichen Residence, III. Von der Herrlichkeit des Königlichen Hauses. Alles aus bewehrten Urkunden, unterschiedlichen Scribenten, und eigener fleissigen Beobachtung, zum gemeinen Nutz und Dienst, treülich ausgestellet* (usque ad a. 1725). Accedunt *Inserenda* de a. 1726, 27. Cf. Rotermund, Fortsetzung u. Ergänzungen zu Iöchers Gelehrten-Lexiko IV, 1496.

CCCLXVI.

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 859, constans quatuor Voluminibus, in folio. 1907.I...IV. [Ob. 166. fol.]

Fol. 1ᵃ ... 859ᵃ: **Pomerania**, ut vocant, auctoris incerti, parum apte inscripta: „Klempzows Pommersche Chronica", Vol. I ... IV. Cf. Kletke, Quellenkunde [I], 187 sqq. nº. 23. Wilhelm Boehmer, Thomas Kantzow's Chronik von Pommern. Stettin 1835. 8º. pagg. 106 sqq., 116 sqq.

CCCLXVII.

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 46, in duodecimo. 1932.

Fol. 1ᵃ ... 46ᵃ: **Ioannes Micraelius**, *Der Pommerischen Ritterschafft Nahmen, Wapen und Vorfahren. (Arimb — Zitzweitzen.)* Nomen auctoris desideratur, exscriptus autem liber est ex: Iohannis Micraelii Vom Alten Pommerlande. Alten Stetin 1639. 4º., iterum Stetin und Leipzig 1723. 4º. Lib. VI. cap. 48. Cf. Iöcher, Gelehrten-Lexicon III, 523 sq. et Rotermund, Fortsetzung u. Ergänzungen IV, 1697 sqq.

F) AUSTRIA, HUNGARIA, BOHEMIA.

CCCLXVIII.

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 17, in duodecimo. 1727.

Fol. 1ᵃ ... 17ᵇ: *Schema Der ganzen Röm. Kaiserl. Köngl. Arme pro Anno* 1777.

CCCLXIX.

Codex chartaceus, seculi XVI, Foliorum 6, in folio. 1791.

„Documenta duo Hungarica."

1) Fol. 1ᵃ ... 2ᵃ: **Matthias** (Hungariae Rex), *Creatio in perpetuum Comitem Scepusien*[sem] *Emerici quondam de Zapolia* etc. (sine die et consule).

2) Fol. 2ᵇ: *Anno Dominicae Incarnationis M. D. LXXXI Vigesimaprima die Iulij: sub noctem hora duodecima Viennae Austriae repentinus et vehementissimus factus est terraemotus* etc.

3) Fol. 3ᵃ ... 6ᵃ: **Vladislaus II.** (Hungariae Rex), *Creatio in Comitem liberum Illustrissimi quondam Herois Ioannis Huniadij* (d. d. Posonii 1448).

4) Fol. 6ᵇ: Remedia nonnulla. *Omnia ex Rasj.* Graesze, Literärgeschichte I. 2. pagg. 551 sq.

CCCLXX.

Codicis membranacei, seculo XV scripti, Folia 6, in quarto. 2025.

Fol. 1ᵃ ... 6ᵇ: **Henricus Italicus**, Formularium cancellariae Regum Bohemiae (mutilum). Cf. Ioh. Voigt, Das urkundliche Formelbuch des königl. Notars Heinricus Italicus . . . (Aus dem XXIX. Bande des Archivs für Kunde österreichischer Geschichtsquellen besonders abgedruckt.) Wien 1863. — Accuratius de his nostri codicis reliquiis a cel. Hopfio detectis tractabitur in Actis Societatis scientiarum Bohemicae.

CCCLXXI.

Codex chartaceus, seculi XVI, Foliorum 729, in folio. (In theca annus codicis ligati: „1555.")

Fol. 1ᵃ ... 729ᵃ: *Imperatorum Romanorum et Regni Boemie Regum Priuilegia cum suis Incorporalibus Pertinentijs, Vasallis, et Feodalibus*, cum indice annexo.

G) ROMA.

CCCLXXII.

Codex membranaceus, seculo XV nitidissime scriptus, Foliorum 82, in octavo. (*Libro de grande estimatione de la EC*ᵗᵃ *Cita de roma Dj Matheo Ehen alamano per gratia dj Mr. I*ᵈᵒ. *de simone de laquila. — M. Ehenn. — Adj* 6 *magio* 1527 *e messo sotto Il Iugo questa Citta dj Roma.*)

Fol. 1ᵃ ... 82ᵇ: Auctoris incerti **Periegesis urbis Romae**, Italice scripta et conversa ex „Anonymo Magliabecchiano", quem ediderunt Ludovicus Mercklinius programmate Dorpatensis Universitatis anni 1852 et nuperrime iterum Urlichs, Codex urbis Romae topographicus. Wirceburgi 1871. 8°. pagg. 149 sqq., cf. etiam Preller, Die Regionen der Stadt Rom. Jena 1846. pag. 44 cum not. *, Philologus I, 95, 106 et Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft 1848. VI, 69 sq. Scriba nostri codicis in Folio verso olim thecae tabulae posteriori adglutinato, nunc in fronte codicis praefixo nomen suum inscripsit hac nota: *Si qua fortassis legendo offenderit praelustris D. V., quae uel parum placeant, uel minus recta uideantur, non mea, sed exemplaris culpa contigisse scitote, Ipsum siquidem mendosissimum, & omni barbarie refertum, vulgarique ac uernaculo stilo constructum existit. — Hippolytus celer, ueritatis alumnus promissique exequentissimus obseruator, tranquille exscripsit.* — Cf. Henrici Jordan Novas Quaestiones topographicas, in programmate Acad. Alb. Regim. 1868. III et eiusd. Topographie der Stadt Rom im Alterthum. II, 395, 396 sq. Berlin 1871. 8°. Altpreuss. Monatsschrift VIII, 565 sq., 655 *.

H) POLONIA, DISTRICTUS PILTENSIS.

CCCLXXIII.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 275, in quarto.

Folio primo praemissum est unum Folium membranaceum, in quo legitur hic titulus:

Liber Cancellarye Reuerendi patris domini Stanislai Colyek [vel potius Ciołek] *Episcopi poznanien*[sis], *Tunc Cancellary Excellentissimi principis domini Regis Polonie wladislay. Dcta* [i. e. Decreta] *Stanislai Czyensky, plebani in Gywanowicze. Et in eodem continetur formulare consistory pro omnibus formis et instrumentis.*

Dividitur autem codex in tres partes:

1) Fol. 1ᵃ ... 102ᵃ: **Stanislaus Ciołek,** Liber cancellariae (usque ad a. 1428).

2) Fol. 103ᵃ ... 177ᵇ: Epistolae cancellariae Regis Poloniae, tria diplomata Alberti Malski Palatini, et quatuor *litere Indulgenciarum Ecclesie In Gywanouicze,* quarum in titulo supra exhibito facta est mentio.

3) Fol. 178ᵃ ... 275ᵇ: Formulare instrumentorum et epistolarum, nec non *Consistory Formulare, etiam publici notary formarum erudiciones.* Praecedit index, sed maximam partem evulsus.

Inserta etiam sunt (Fol. 264ᵃ ... 269ᵃ) carmina Ovidio supposita, videlicet *Ovidius de arte amandi terminatus* [non „imitatus", ut Caro voluit,] constans tribus carminibus ab Ovidii arte amatoria diversis, et [de] *pulice Ouidius*, cuius elegiae verus auctor est Ofilius Sergianus, vd. Wernsdorf, Poetae Latini minores VI, 248 sqq., 383 sqq.

Primam codicis notitiam dedit Ernestus Hennig, vd. Napiersky, Index corporis historico-diplomatici Livoniae, Esthoniae, Curoniae. I. Theil. Riga u. Dorpat 1833. fol. nº. 651 et saepius. Deinde codicis usum fecerunt Ioh. Voigt, Die Erwerbung der Neumark. Berlin 1863. pag. 174. not. 2 et saepius, praesertim Beil. I, V, VI; Iac. Caro, Geschichte Polens. III. Theil. Gotha 1869. pag. 557. not. 1 et passim; Grünhagen, Scriptores rerum Silesiacarum. VI. Band. (Geschichtsquellen der Hussitenkriege.) Breslau 1871. pag. 39. nº. 54, pagg. 40 sqq. nº. 56, cf. pag. IX. Denique accuratius codicem descripsit eiusque partem primam integram typis mandavit Caro in Archiv für österreichische Geschichte. XLV. Bd. pagg. 319 sqq. (etiam separatim sub titulo: Liber cancellariae Stanislai Ciolek. Ein Formelbuch der polnischen Königskanzlei aus der Zeit der husitischen Bewegung. Wien 1871). Cf. etiam Altpreuss. Monatsschrift VIII, 566 sq.

CCCLXXIV.

Codex chartaceus, anni 1655, Foliorum 12, in folio. — 1796.

Fol. 1ᵃ ... 12ᵇ: *Pensionarz Krola Je*[go] *M*[os]*ci* 1655. Exemplar authenticum cum sigillo. Manu propria subscripsit *Joannes Casimirus Rex.*

CCCLXXV.

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 70, in folio. (Adligatus libro: „In Regiae Maiestatis Prussiae adversus Aulam Saxonicam Electoralem Berolini 1745 typis editum manifestum annotationes . . . Drosdae 1745" quum Latino, tum Germanico typis emisso.) — Ob. 206. fol.

Fol. 1ᵃ ... 70ᵃ: *Glos wolny wolność ubespieczaiący* (i. e. Vox libera libertatem tutans). Liber politicus de Regno Polonico, hoc adhuc constante compositus.

CCCLXXVI.

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 103, in folio. (*Ex Collectione Manuscriptorum Friedr. Carol. Gottl. de Duisburg.*) — 1795. [N. 119b. fol.]

Fol. 1ᵃ ... 103ᵃ: „Varia ad Bona mensae regiae et Salisfodinas polonicas spectantia." Praefixa sunt Documenta tria authentica, sigillis munita (a. 1660 et 1714) et Epistola autographa, quam scripsit Fleming *Au Grand General de Pologne (Aix la Chapelle le* 14 *Iuin* 1724).

CCCLXXVII.

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 41, in folio. (*Ex Collectione Manuscriptorum Friedr. Carol. Gottl. de Duisburg.*) — 1794. [N. 119. fol.]

Fol. 1ᵃ ... 41ᵇ: **Iohannes Theodorus Klein** (Secr. Civit. Gedan.) et **Albertus Rosenberg** (Syndicus Civ. Gedan.), „Historia salis polonici, ubi de Fod[i]nis Focisque salinariis agitur", cum tabulis undecim, partim scriptis, partim aeri incisis.

CCCLXXVIII.

1807.

Codex chartaceus, anni 1800, Foliorum 49, in folio.

Fol. 1ª ... 49ᵇ: *Arma gentilitia et insignia Nobilitatis Polonae excerpta ex Simonis Okolski orbi Polono, aliisque de hac materia autoribus.* 1800. Opus in fine mutilum. Cf. Orbis Polonus, . . . Authore Simone Okolski. (Tom. I) ... III. Cracoviae 1641 (... 45). fol. Graesze, Literärgesch. III. 3. pag. 1709. not. 13.

CCCLXXIX.

1825.

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 46, in quarto.

1) Fol. 1ª ... 38ª: *Des Piltnischen Creyses STATUTA. Von Anno* 1611 *den* 28. *Octob:*, sanciente Sigismundo III., Poloniae Rege. Vd. Friedr. Georg von Bunge, Einleitung in die liv-, esth- und curländische Rechtsgeschichte. Reval 1849. 8°. pagg. 265 sqq. §. 98 et ibi citatos.

2) Fol. 39ª ... 46ª: *Des Piltnischen Creyses Gerichts Ordnung. De Anno* 1617 *den* 9. *May* (Germanice). Bunge l. c. pagg. 264 sq. cum notis h ... m.

I) SUECIA.

CCCLXXX.

1935. [Od. 396. fol.]

Codex chartaceus, anni 1750, Foliorum 196, in folio. (Ex Bibliotheca Academica Regimontana.)

Fol. 1ª ... 196ᵇ: *Assurance du Roy. Acte d'Election des Etats du Royaume. Forme du Gouvernement. Résultats des Diètes, avec Plusieurs autres Actes Publics, Concernants les Loix Fondamentales du Royaume de Suede. — Traduit du Suedois. Par Paul Iamjouglou. Interprète du Roy. L'année* 1750. (1719 ... 47.)

K) SYRIA.

CCCLXXXI.

1846.

Codex chartaceus, anni 1827, Foliorum 7, in quarto. (Auctor dono dedit in *December* 1827.)

Fol. 1ª ... 7ª: **Ludovicus Augustus Mellin**, *Nachricht von einem bey Ioppe in Syrien gefundenen merckwürdigen Grabsteine. — Aus dem Französischen übersezt. (Riga im May* 1827.*)* Lapis tulisse narratur inscriptionem lingua Syriaca vel Hebraica scriptam hauc: *Simon Petrus, der Schüler Iesu, ruhet hier.*

L) HISTORIA SANCTA ET ECCLESIASTICA.

CCCLXXXII.

Codex membranaceus, tribus Foliis chartaceis praefixis, seculi XIV, Foliorum 76, in folio. (*„Yber sancte marie in nouo dobran, „seu in Pelplin".*) 1772.

1) Fol. 4ᵇ ... 68ᵃ: **Vita Bernardi Claraevallensis** († 1153), Libri I ... V, auctoribus Wilhelmo abbate S. Theoderici, Bernardo Bonaevallis abbate, et Gaufredo (Antissiodorensi, † 1180). Praemittitur (Fol. 2ᵃ ... 3ᵇ) ab alia manu *tabula (Ad inueniendum in vita diui doctoris Bernardi contenta).* Cf. Potthast, Bibliotheca historica medii aevi pag 629.

2) Fol. 68ᵇ ... 72ᵇ: **Thietmarus**, *De terra sancta* (a. 1217). Initium: *Ego dithmarus in remissionem peccatorum meorum cruce domini signatus et munitus* etc. Textus aliter dispositus, quam in editione Laurentiana: Mag. Thietmari Peregrinatio. Ad fidem codicis Hamburgensis . . . edidit . . . I. C. M. Laurent. Hamburgi 1857. 4°. Editionis capita in codice nostro sequuntur in hunc modum (capitibus VIII & XXV. §§. 1 ... 6 plane omissis, capitibus vero XXII & XXIII usque ad §. 8 in compendium redactis):

capp. I ... III. §. 33,
XI. §. 31 ... XXX,
III. §. 34 ... VII. §. 12,
IX ... XI. §. 30,
VII. §. 13.

3) Fol. 72ᵇ ... 76ᵃ: **Burchardus de Monte Sion,** Descriptio terrae sanctae (cca. 1283), cum praecedente epistola dedicatoria ad Burchardum lectorem data. Est prior textus recensio, quam edidit solus Henricus Canisius, Antiquae lectionis Tom. VI. Ingolstadii 1604. 4°. pagg. 295 sqq. (et ex edit. Iacobi Basnagii Tom. IV, 1 sqq. Antverpiae 1725. fol.). Cf. Laurent, Peregrinatores medii aevi quatuor. Lipsiae 1864. 4°. pagg. 3, 10 sq., 17 sq.

CCCLXXXIII.

Codex chartaceus, seculi XV, Foliorum 150, in folio. 103. Bbb.31.III

1) Fol. 1ᵃ ... 52ᵃ: *Formularius Instrumentorum.* Insunt compluria instrumenta causarum coram Basileensis Concilii iudicibus delegatis a. 1433 actarum. Notabilis etiam est (Fol. 11ᵇ) *Libellus super nunciacione noui operis (per iactum lapilli)*[36]) a. 1401. — Cf. Literarisches Centralblatt für Deutschland. 1872. n°. 1. col. 9.

2) Fol. 52ᵃ ... 91ᵃ: **Acta Concilii Basileensis,** Sessio I ... XXIII (a. 1431 ... 36).

3) Fol. 92ᵃ ... 102ᵇ: *De modo procedendi in concilio Basilien*[si] *articuli subscripti per xij ad hoc deputatos concordati sunt.* Mansi, Sacrorum Conciliorum nova et amplissima collectio. Editio noviss. XXIX, 377 sqq. Venetiis 1788. fol.

4) Fol. 103ᵃ ... 150ᵇ: Lites coram iudicibus delegatis Concilii Basileensis actae.

---

36) Hac de re vd. Muther, Römisches u. kanonisches Recht im deutschen Mittelalter. Rostock 1871. 8°. pagg. 3 sqq. cum not 1. Grimm, Deutsche Rechtsalterthümer. 2. Ausg. pagg. 181 sq. Stobbe, Gesch. der deutschen Rechtsquellen 1, 649. not. 111 in fi.

CCCLXXXIV.

Codex chartaceus, seculi XVI, Foliorum 290, in folio.

Fol. 1ᵃ . . . 290ᵇ: *Acta Religionis in Comitiis Augustanis Anno* 1530. Cf. Karl Eduard Foerstemann, Urkundenbuch zu der Geschichte des Reichstages zu Augsburg im Jahre 1530. I. II. Band. Halle 1833, 35. 8°. M. Facius, Geschichte des Reichstags zu Augsburg im J. 1530. Leipzig 1830. 8°.

CCCLXXXV.

Codex chartaceus, seculi XVI, Foliorum 342, in folio.

1) Fol. 1ᵃ . . . 197ᵃ: *Acta in Causa Concilii Anno* 1533. 1535 & 1536.

2) Fol. 198ᵃ . . . 237ᵇ: *Acta Conventus Francofordiani coelebrati Anno* 1539.

3) Fol. 238ᵃ . . . 262ᵃ: *Acta Conventus Schmalkaldensis Anno* 1540.

4) Fol. 264ᵃ . . . 342ᵇ: *Wormatiensis Conventus Acta Anno* 1540.

Huius codicis mentionem fecit Lilienthal, Erleutertes Preussen I, 758. n°. 10.

CCCLXXXVI.

Codex chartaceus, seculi XVI, Foliorum 458, in folio.

1) Fol. 1ᵃ . . . 286ᵇ: *Acta Conventus Ratisbonensis Anno* 1541. — Cf. Lilienthal, Erleut. Preussen I, 758. n°. 10.

2) Fol. 291ᵃ . . . 458ᵃ: *Scripta Theologorum de instituenda Reformatione Ecclesiae Anno* 1545.

CCCLXXXVII.

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 445, in quarto.

Fol. 1ᵃ . . . 445ᵇ: **Iohannes Ernestus Grabe,** *Collegium Historico-Ecclesiasticum.* De auctore vd. Iöcher, Gelehrten-Lexicon II, 1108 sq.

CCCLXXXVIII.

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 474, in folio. (Possedit *M. Ioh. Bernhardus Stein.*)

Fol. 1ᵃ . . . 474ᵇ: **Iohannes Franciscus Buddeus,** *Collegium Historicum, Sistens Historiam Ecclesiae Recentissimam ab Anno N. S.* 1689 *usque Annum* 1714, *Habitum Ienae.* Cf. Iöcher, Gelehrten-Lex. I, 1458 sq.

CCCLXXXIX.

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 358, in folio.

Fol. 1ᵃ . . . 358ᵇ: **Buddeus,** *Supplementa ad historiae ecclesiasticae recentissimae prolegomena* et *capp. I . . . V.*

SECTIO SECUNDA EXPLICIT.

SECTIONIS I ACCESSIONES.

CCCXC.

Codex chartaceus, seculi XVII, Foliorum 256, in folio. 2012.

1) Fol. 1ª...42ᵇ: Notae ad Reinholdum Curicke, diversae ab iis, quae supra habentur Nr. CCXV, 8.

2) Fol. 44ª...210ª: **Stephanus Grau** *(Scriba, Regiomontanus Borussus), Dantziger Geschichte: Wobey die Ordnung Aller Könige von Pohlen bisz auff Ietzigen, Auch was unter Iedem sich begeben, Wie lange Er regieret hat: Vndt was sich so woll in Kriegs- als Friedens Zeiten In und Bey Dantzig Wahrhafftig begeben vnd zugetragen hat: Nebst* 9 *Clöstern Ausz- und Innerhalb der Stadt Dantzig. — Von Anno* 824 *Bisz Anno* 1685. *Beynebst der eigentlichen Consignation des Ietztlauffenden Seculi, wie viel Jährlich getaufet, verehlichet, und begraben sind. — Aus Vielen Autoribus mit fleisz colligiret.*

3) Fol. 211ª...256ª: *Constitutiones Terrarum Prussiae datae in Conventu Graudentinensi. Anno Domini* 1537 (typis excusae apud Lengnich, Geschichte Der Preussischen Lande Königlich-Polnischen Antheils I, 199 & Documenta n°. 82), deinde Privilegia, Mandata, Decreta varia, aliaque (usque ad a. 1684).

CCCXCI.

Codex chartaceus, seculi XVIII, Foliorum 32, in quarto. (Ex Bibliotheca Academica Regimontana.) 2022. [Du. 420. 4°.]

Fol. 1ª...32ª: **Ioannes Gottlieb Becker** *(I. V. D. et Consul Veter: Civitatis Gedan:,* † 1747), *Dissertatio Iuris Statutarii Gedanensis de Expositione Fasciculi Straminei, von Aussteckung des Strohwisches.* Cf. Preussische Sammlung III, 36 sqq. Schweikart in Kamptzii Jahrbücher für die Preuss. Gesetzgebung etc. Tom. XXVI, 311, 315.

CCCXCII.

Codex mixtus, seculi XVII et XVIII, Foliorum 87, in quarto. 2031.

Fol. 1ª...87ᵇ: Annales Iudicii Kniphoviensis, usque ad combinationem trium Civitatum Regimontanarum (1436...1724).

CCCXCIII.

2030. Codex membranaceus, tribus Foliis chartaceis praefixis, seculorum XV ... XVIII, Foliorum 61, in folio.

